realitas. ¶ Quātum ad priᵐ quid sit formalitas dicunt aliqui ꝙ formalitas dicit a forma. sicut materialitas a materia. Et ideo dicunt aliqui ꝙ plures formalitates sine pluribus formis esse non pnt. sicut plures materialitates sine materiis. ¶ Cōtra istā ē nimis grossa ꞇ asinina imaginatio ꝙ patet ex duobus. Primo sic. quia sic formalitas dicitur a forma. ita essentiale ab esse. Nos aūt ponimꝰ ī diuinis multa essentialia. ꞇ tñ non sunt ibi multe eēntie ut patet expresse p beatum dioni. in .c°. de unica ꞇ discreta theologia. ergo nec ad positionem multaꝝ rōnum formaliū sequit multitudo formaꝝ qȯ tu dicis. ¶ 2° q̄a ī psona patris in diuinis ponuntur multa psonalia. s. ingenitum, paternitas. spiratio actiua que oīa sunt psonalia. ꞇ tñ persona patris nō est nisi unica. ğ ꝛc. ¶ Preterea multa materialia sᵐ ꝯiter loquentes ponuntur in uno ꝯposito. s. multa accidentia materialia. ꞇ tñ non ponuntur ibi multe materie. ita in homine multa humana. nō tñ nisi unus homo. Ideo dicunt aliqui ꝙ formalitates sūt rōes reales que ponunt in eadem re simplici. ¶ Cōtra pri°. quia formalitates nō solum ponuntur in simplicibus sed etiā ī ꝯpositis sᵐ ponētes formalitates. ideo ista nō est bona descriptio. ¶ 2° quia non oēs formalitates sūt reales. nam hō in potentia hēt formalitatem ꞇ tñ non realitatem. sic eēntia rōnis habꝫ formalitates ꞇ non realitates. Ideo dicūt alii ꝙ iste formalitates nō sūt nisi quedā modalitates. ¶ Contra. naꝫ ponētes eas diuidunt eas cōtra modos. ¶ 2° qꝛ modi non possunt esse primi in entibus qꝛ modus semper est posterior eo cuiꝰ modus ē sed formalitates ponūtur simpl'r primo in entibus. nā rō entitatis est quedam formalitas. ꞇ rō deitatis que simpl'r sūt priora oibus. Ideo dicūt alii ꝙ formalitates sunt rōnes diffinitiue uniuscuiusqꝫ. Ratio eni diffinitiua dicit formalis. ꞇ cōstat ꝙ est formalitas. ¶ Contra dupl'r. Pri° quia p̄dicamēta nō sūt diffinibilia qꝛ simᵃ simplicia. ꞇ tñ habēt formalitates p quas formaliter distinguūtur. ¶ 2° quia ratō entis ꞇ rō deitatis ponūt formalitates ꞇ tñ non possūt diffiniri eo ꝙ oīs diffinitio datur per priora. sed his nihil est prius. ¶ Dico ergo ꝙ formalitas est quidditas uniuscuiusqꝫ habēns quidditatem siue diffinibile sit siue non. quia ratō formalis uniuscuiusqꝫ est illud qȯ inest sibi in pri° modo dicendi p se. talia aūt sunt oīa quidditatiua. ¶ Sed cōtra istam declaratōem occurrūt 4ᵒʳ dubia. Primū est. Si ista q̇dditas que ponit formalitas est aliqua realitas. ¶ Dico ad istud ꝙ oīs quidditas existens in rerum natura necessario est realitas. ꞇ p ꝯñs denominatiue realis. quia sᵐ August. pmo de trini. qȯ nulla res est. oīo nihil est. ideo oꝫ ꝙ oīs formalitas existēs in rerum natura necessario sit aliqua realitas. ꞇ p ꝯñs realis denoīatiue cū non sit nihil. ¶ 2ᵐ dubiū est. si formalitas ē realitas. quō potest intelligi ꝙ in aliquo sint plures formalitates q̄n sint plures realitates uel res. ¶ Dico ꝙ pꝫ duplici exem° in diuinis. pri° quia quelibꝫ psona ē diuinᵃ essentia. ꞇ tñ tres psone nō sūt tres eēntie. ¶ 2° 4· relationes sunt uere essentia diuina. ꞇ tñ nō sunt in diuinis 4. essentie. eodem mō in ꝓposito. ¶ 3ᵐ dubiū est. quia idem non pōt esse multiplicatū ꞇ nō multiplicatum p extrema cōtradictiōis. ꞇ ideo quia psone sunt plures ꞇ non eēntia. ponit aliqua non identitas inter ea. tunc eadem rōne oportebit dicere de formalitate ꞇ realitate. Concedo. ꞇ hoc superius ꝓbaui. nec uideo oppositum qȯ possit teneri. sed quō hoc sit inferius declarabitur. Ideo dico ꝙ formalitas est realitas identice. ꞇ simpl'r sunt idem. non tñ quidditatiue. quecūqꝫ autem se sic habent ꝙ unum pōt multiplicari alio non multiplicato. sicut patet de essentia ꞇ relationibus. ꞇ psonis. non potest esse unum omnibus modis idem alteri.

¶ Quartum dubiū est. ꝙ si formalitas ē quidditas sicut in diffinitione dictum est. tunc distinctio formalis erit quidditatiua quia quidditas ꞇ essentia sunt idem. ğ sequit ꝙ distinctio formalis erit essentialis ꞇ sic in diuis eēnt m'te essentie. ¶ Dico ꝙ q̇dditas abstrahit ab essētia. sicut entitas

a sba ꝛ p ꝯñs distinctio q̇dditatiua abstrabit ab essentiali. ꝛ sic multe quidditates stant cum unitate essētie. Ex his p modū correlarii sequitur illud quod supra dictū est. s. ꝙ quattuor gñа ꝓpositionū formantur in diuinis. s. denominatiuaꝝ. quidditatiuaꝝ. essentialium. ꝛ identicaꝝ. Que re de illis distinctione 2ª ꝛ de similibus. Nunc autem ad ꝓpositum. qñ nos ꝯcedimus in diuinis formalitatez esse realitatē in abstracto illa ꝓpositio est identica. sic ista pater ē eentia. ꝛ iō plures formalitates sunt una realitas. sicut plures ꝑsone sunt una essentia suo mō. ¶ Attendendū est tñ ꝙ p̄dicatio identica ꝯuenit duob⁹ modis Uno modo ꝓpter infinitatez utriusqꝫ extremi. uł saltem alterius. sicut patet in diuinis. qñ aliqua attributa p̄dicant̄ de se inuicem. uel qñ attributa p̄dicant̄ in abstracto de relatione. ꝛ ortum illud est ꝓpter infinitatem utriusqꝫ uel alterius extremi.

¶ Alio mō ꝯuenit ꝓpter ꝯitatem unius uel amboꝝ extremoꝝ. qñ. s. sunt transcendentia. ꝛ hoc qñ alterū uel utrumqꝫ. ꝛ isto modo ꝯceditur in creaturis p̄dicatio identica. ꝛ unius abstracti de alio. cōcedit̄ enim ꝙ unitas est entitas. nūꝗ̄ autē inuenitur p̄dicatio identica que sit in abstracto in creaturis nisi 2º mō. Prim⁹ nō inuenitur sine infinitate que repugnat creaturis Isto 2º mō ꝯceditur ꝙ formalitas est realitas in abstracto ꝓpter ꝯmunitatem ꝛ transcendentiam utriusqꝫ uel saltem alterius scꝫ realitatis. uel s̄m aliquos formalitatis ¶ Uiso quid sit formalitas. uidendum erit quid sit modus intrinsecus ¶ Dicit aliqui ꝙ modus est ille qui ingredit̄ q̇dditatem alicuius. ꝛ p ꝯñs ptinet ad primum modū dicendi ꝑ se. quia oīa alia ab illis de primo mō sunt cuilibet extranea ꝛ extrinseca. ¶ Contra istud arguitur 4ᵒ. Primo sic. Modus cuiuslibet rei intelligit̄ posterior eo cuius est modus. quia fundatur in re cuius est modus. sed oīa quidditatiua ꝛ ꝑtinentia ad priᵐ modū sunt priora. uł saltez nullū est posterius. ġ modus nō ptinet ad primū modū. ꝛ p ꝯñs nō est de q̇dditate rei cuius est modus. ¶ 2º sic. nullum

ꝓprium ēst de quidditate alicu⁹ ꝯis. maxime si illud ꝯmune posset stare cū opposito illi⁹ ꝓprii. sꝫ rō entis ē ꝯis respectu īfinitatis que ē modus intrinsecus entis. ꝛ etiaꝫ eadem rō formalis entis stat cuꝫ opposito infinitatis. s. cū finitate. ergo nec īfinitū nec finitū qui sunt modi intrinseci entis sunt de quidditate entis. ¶ Tertio sic. nihil diuiditur ꝯtra rōem formalez simplicē que est inter eam. ꝛ est de pri⁹ mō respectu illius. sed īfinitas diuidit̄ ꝯtra illud cui⁹ est infinitas. nam ꝛ ipsa est modus diuinē essentie ꝛ non ratō formalis. ¶ Quarto sic ablato aliquo qꝺ est de q̇dditate alicui⁹ aufertur eius quidditas ablato. ergo gradu albedinis qui est modus ītrinsecus ei⁹ non aufertur albedo. uel rō formalis ei⁹ ergo modus nō est de q̇dditate. Ideo dico ꝙ modus intrinsecus est qui adueniēs alicui non uariat rōnem formalem eius. uel recedens ab eo nō uariatur rō. sicut patet de albedine ꝛ eius gradibus. ¶ Sed ꝯtra hoc instatur quadruplr̄. Primo sic. nam dr̄ia adueniens generi nō uariat rōeꝫ formalē eius ꝛ nō ponit̄ modus intrinsecus ¶ 2º quia accidens adueniens sb̄e nō uariat rōem formalem eius ꝛ tñ non dicit̄ eē modus intrinsecus sb̄e ¶ Tertio licet finitum ꝛ infinitū nō uariāt rōem entis cui adueniūt. tñ uariant rōem formalez quantitatis ꝟtutis quā diuidūt p se ¶ Quarto sic quia oē qꝺ est extra rōem formalez alicuius uidetur esse ei extrinsecū. sed iste modus ponit̄ ꝑter rōem formalē quidditatis. ergo ꝛc. ¶ Ad priᵐ dico ꝙ licet dr̄a non uariet rōem formalē generis. uariat tñ formaliter rōem ꝯstituti ex genē ꝛ dr̄a ꝛ ideo ponitur formalitas. quia nō facēt differre nisi esset formalitas. ¶ Ad 2ᵐ dico ꝙ licet albedo nō uariet rōem formalez sb̄e. tñ rōem ꝯstituti p ipsam bene uariat nam albū ꝛ nigrū bene distinguūtur formaliter quātū ad genus secūdaꝝ ꝑfectionum ¶ Ad 3ᵐ dico ꝙ sicut finituꝫ ꝛ infinitum dicūt nullam rōnem formalem. ita nec quātitas ꝟtutis que p ea diuiditur. ꝛ ideo dico ꝙ finitum ꝛ infinitum nō dīnt nisi sicut modi oppositi. ¶ Ad 4ᵐ dico ꝙ

modus intrinsecus nō ponitur infra qd/
ditatez ita ꝙ intret primū modū. Sed dž
modus intrinsecus. quia reducitur ad idem
genus ad quod reducitur rō formalis cuius
est modus. ¶ Ex pmissis declaratis ad
ppositum descendendo introducuntur 4^or
modi intrinseci. ex quibus declaratur ꝙ plu
res formalitates possunt esse cū una rea/
litate. qd ē ppositū. ¶ Primus est becceitas
uel pprietas indiuidualis. nam beccitas ē
modus intrinsecus. quia nō uariat rōnem
formalem. nam indiuidua sub eadem spē
differūt p beccitates. ⁊ tñ eiusdem rationis
formalis sunt. albedo ergo indiuiduatur
p unam pprietatem. ⁊ nō soluz albedo. sz
etiam oīa uniuersalia que abstrahūtur ab
ea. s. cōla ⁊ formaliter in ea sunt hec una
simplici beccitate. nec eis nō rñdet nisi una
beccitas totalis. ¶ Eodemmō dico de rea/
litate que ut pbabitur est modus intrinse
cus. ⁊ potest esse illud ꝙ multe rōnes for/
males dicūtur reales ⁊ nullatenus uariata
nec multiplicata ¶ 2° est existentia. nam
ꝯsueuit dici ꝙ relatio ⁊ existentia sūt idez
s^m esse. sed differunt s^m diffinitionem. nō
accipiebāt esse p essentia sed pro existētia
Similiter una existentia est in aīa nostra
⁊ in omnibus potentiis. ⁊ tñ multe quid
ditates ¶ Eodemmō poterit dici de for
malitatib^9 ⁊ realitate. quia multe possūt
esse formalitates ⁊ unica realitate nō mul
tiplicata sed simplici. ¶ Tertius est eter
nitas. sicut in motu multe sunt rōnes for
males ⁊ tñ non nisi unum tempus mensu
rans oēs. sic in diuinis sūt multe rōes for
males ⁊ tñ nō nisi una eternitas. sic pate
bit clarius distinc. sequenti. Cuz g̃ multa
dicantur eterna uniuoca eternitate. ita ui/
detur uniuoca simplici realitate m^lta pñt
dici realia. ¶ Quartus modus est infini
tas. non enī intelligo ꝙ in deo sūt multe
infinitates sicut fuit declaratū distinctiōe
secūda. unde sicut una simplex infinitas ē
in deo quia oīa eēntialia dicuntur infinita
sic uidetur ꝙ una simplici realitate. multa
imo oēs rōnez formales in una psona ex/
istentes possunt dici reales sine pl^alitate
realitatum. ¶ His uisis manifeste ostendit

ꝙ realitas est modus intrinsecus. nā illud
quod aduenit alicui ⁊ nō uariat eius rōez
formalem illud est modus itrinsec^9 ei^9. sz
realitas est huiusmōi. ergo ꝛc. Maior pz
ex dictis superius. Minorē ostendo dupl^r
quia hō in aīa ⁊ extra aīam habet eandez
rōem formalem. tñ sub alio ⁊ alio modo
cum g̃ hoiem esse extra aīam sit hoiem esse
realez. sequitur ꝙ realitas nō uariat. ¶ 2°
quia hō in actu ⁊ homo in potentia habēt
eandem rōem formalē. quia eandē diffini
tionem. in potentia autez nō habet ueram
realitatem. nā homo in potentia nō est res
⁊ postea in actu est res. relinquitur ergo ꝙ
sit modus ¶ Dico g̃ ꝙ minor distinctio
est inter realitatem ⁊ rōnem formalem q̃
inter unam rōnem formalez ⁊ aliam. ⁊ sic
de oī mō intrinseco ¶ Ex hoc patet quō
rō formalis pōt plurificari sine plurifica
tiōe realitatis. ⁊ sic posita unitate reali sū/
ma inter pfectiōes diuinas poterit stare dis
tinctio rōnuz formaliū. que quidē distinc
tio est ex natura rei. non ab aīa fabricata
¶ Sed hic occurrūt multe diffi. Prima
est ista quia s^m dioni. de diui. no. Nō ē au
dendū dicere uel cogitare de supsubstanti
ali ⁊ occulta diuinitate pter ea que nobis
p sacras scripturas de deo diuinitus sunt
expressa. Ista positio formalitatū non po
nitur p sacram scripturā. ergo ipsa nō est
ponenda. ¶ Ista autem diffi. soluitur qua/
druplici auctoritate sacre scripture. quaz
prima ē ad Ro. i. inuisibilia dei p ea que
facta sunt intellecta ꝯspiciūtur. ¶ Ista au
tem inuisibilia. aut sunt essentialia ⁊ tunc
habent m^lta essentialia ꝯspecta ⁊ nō ficta
Aut sunt psonalia. Ista autem s^m Aug. ⁊
Hila. non ꝯcedūtur plura in neutro genē
psone enī sunt plures ⁊ nō plura ¶ 2^a ad
Ro. ii. O altitudo diuitiaz sapientie ⁊ sci
entie. ꝛc. Aut idem intelligit p sapientiaz
⁊ scientiaz. ⁊ tunc inutilis ē repeticio. Aut
aliquo mō idem. ⁊ sic ppositum. ¶ Tertia
est pterea ad cor. 2° Ea que sunt dei nullus
nouit nisi spūs sctūs. ¶ Ex quo habetur ꝙ
spiritussanct^9 plura cognoscat intuitiue
in deo. ⁊ omnia talia sunt ex natura rei.
¶ Quarta est ad Ro. 5°. ubi dicit ꝙ be/

nignitas dei ad petrū. adducit i lum̄ qui in futurum iram eius thezaurisat. ⁊ sic respectu eiusdem deus nunc habet benignitatem. respectu eius postea habet iraz. ergo necessario oꝫ ista i deo aliqualiter distingui ex natura rei. ⁊ sic ppositū. ¶ 2ª diff. si circa diuina misteria non sunt plura ꝙ̄ sancti posuerunt asserenda sic dicit dioni. de diuis noibus. 3º. c°. ¶ Ista diffi. soluit 4ᵒʳ auctoritatibus scōꝝ. Prima ē dionisii de diui. no. c. 9º. ubi dicit loquens de diuina alteritate. nunc aūt ipsam diuinam alteritatem non uariatōem quādam sup in conuersibilis identitatis suspicemur. sꝫ unituaꝫ. i. multiplicem formationeꝫ. ⁊ uniformes multe fecunditatis oīo processiones. ¶ 2° est ans. in mono. pri° c°. sic dicentis. Planum est rōnem certe habenti sūmum spiritum. non idcirco sui memor est. aut se intelligere quia se amat, sed ideo se amare quia sui meminit ⁊ se intelligit. ¶ Tertia est hila. de trini. 8. l. sic scribentis Nō efficit inquit creaturam uolūtas sed potestas. ⁊ sequitur ꝙ uelle nō est idē ꝙ posse. ¶ Quarta est dionisii de deo. ubi loquēs de diuinis pfectiōibus dicit Deo attribuitur multiplex simplicitas. simplex multiplicitas Et similiter pista quattuor patet ad difficultatem secūdam. ¶ Tertia diffi. ē ꝙ ois scola doctoꝝ non uidetur ponē istas formalitates isto mō. ut aliqua ex natura rei nō esse ideꝫ. ¶ Dico ꝙ licet oēs nō ponāt tñ forte oēs intendant implicite. licet explicite non dicant. Hoc autem declaratur quadruplici exemplo. ¶ Priᵐ ē ꝙ semp doctores conati sūt unū attributū p aliud de deo demōstrare tanꝙ̄ p noti⁹. unde aut ipsi intendunt idem p idem demonstrare totaliter qđ ē absurdum. aut si fugiūt ad essentiā rōnis tunc ipsi negociantur circa ꝯtractus pprios. non circa deum ¶ 2ᵐ ē ꝙ antiqui doctores impugnāt phōs. quia posuerūt deum esse principiū creaturarū p intellectum solum. ⁊ tñ si nihil est i deo nisi intellectus ipsi conuidūt cum phis. aut si aliquid aliud ab intellectu ipsi ꝯcedunt ppositū. ¶ Tertium est ꝙ ipsi disputantes utrum essētia diuina sit principiᵐ

pductiuuꝫ uerbi sub aliqua rōne attributali. Dicunt ꝙ ipsa sola sine aliquo attributo nō est principiū pductiuū. qđ nihil esset dictu si nulla esset non identitas ex parte rei inter ea. ¶ Quartū exemplū est ꝙ oēs tales ꝯcedunt ꝙ demōstrabilis ē diuina necessitas ⁊ eternitas. ⁊ tñ circa infinitatem laborant multū. qui labor esset inanis nisi aliqua distinctio esset ul' si eēnt penitus ideꝫ. ponūt ergo ipsimet implicite ¶ Quarta dubitatio est ꝙ licꝫ beatᵘˢ aug. posuerit distinctionem inter essentiam ⁊ relationem quā intelligimus esse formalem. tñ eo modo ipse negauit distinctionē inter essentialia. 7° lib° de trinitate. dicēs sic. Si filius inquit non est eo uerbū quo sapientia. sed eo sapientia quo essentia. ⁊ in eodem libro alibi dicit ꝙ non est aliud deo esse ⁊ subsistere. sed bene est aliud deo deum esse ⁊ patrem esse ¶ Dico ꝙ quia ens prima sui diuisione diuiditur in absolutū ⁊ respectiuū sicut sba. in corporeaꝫ ⁊ in incorpoream. Intentio beati Augus. fuit dicere. ꝙ filius non est eo uerbū quo sapientia. quia uerbū est p respectum. sapientia p absolutum. sed eo sapientia quo essentia quia utrumqꝫ p absolutū. Et ita dicit in sequenti auctoritate ꝙ homo eo intelligens quo uolens. quia p sbam spūalē sed non eo sapiens quo coloratᵘˢ ¶ Quinta diffi. est quia ꝺᵐ augᵐ. 15. de trini. uidet dicere pfectiones diuinas eē easdem omnibus modis. dicens ꝙ bonitas ⁊ sapientia ⁊ cetera attributa non distant in natura diuina sicut in creatura. sed que est bonitas ipsa est beatitudo. ⁊ idem loquēs de attributis dicit sic ꝙ sicut non differt dicē multa attributa aut tria. ita nec tria aut unū. ¶ Dico aūt ꝙ nō differūt sic i creatura. qꝛ sūt i deo unū idētice ppter infinitatē non autem in creatura. Et quantū ad hoc non differunt dicere unum nec plura. quia omnia habent eandem infinitateꝫ. ⁊ ideo tantam pfectionem habet unum sicut plura. ⁊ unum sicut omnia. ⁊ p hoc uult aug. pluralitatem excludere. nec inequalitateꝫ inducat. ¶ Sexta diffi. est quia ens pma sui diuisione diuiditur in ens in animam

ꝛ extra animam. ꝛ ens extra est reale. ꝛ iõ
oꝫ ꝙ omnis distinctio extra aĩam sit real'
qualis ponit distinctio istaꝝ formalitatũ
¶ Ad intelligendum solutionem istius
diffi. ꝛ sequẽtiũ oꝫ quattuor uidere que
ualent ad sequentia ¶ Primũ est ꝙ de om
nibus que actualiter existunt dicitur res
suo modo .s. s\^m ꝙ existunt. nam cõiter di
citur ꝙ ens ꝛ res conuertũtur. non est aũt
intelligendum ꝙ illa sit ꝯuertibilitas dif
finitionis. quia rõ entis inuenitur ubi nõ
inuenitur realitas. est ergo ꝯuertibilitas
passionis. Tunc sic. Qñ aliqua passio di
citur in 2° mõ dicendi ꝑse de aliquo superi
ori. dicitur 2° modo de omni contento ꝑ se
primo modo sub illo superiori. sed res di
citur in 2° mõ de ente. ergo de quolibet i
feriori ad ens. sicut ergo ista est uera. hõ ẽ
ens primo mõ. ita ista est uera. homo ẽ res
2° modo. ꝛ ita de oĩbus aliis ¶ 2° notan
dum est ꝙ de oĩbus que existunt. dicitur
res identice ꝛ in absoluto. nam sicut uide
mus in diuinis ꝙ ꝓpter infinitatẽ uni⁹
extremi uel amboꝝ uerificatur identica
predicatio in absoluto. Ita sicut superius
dictum est ꝓpter ꝯmunitatem alterius uel
utriusqꝫ extremorũ uerificari põt etiam
identica ꝑdicatio. ꝛ ideo sicut ista est uera
humanitas est entitas. ita ista est uera hu
manitas est realitas. ¶ Tertio est notan/
dum ꝙ illud quod est reale dicitur dupl'r
quidditatiue .s. ꝛ denoĩatiue. Primo mõ
scꝫ quidditatiue nihil est qõ sit res nisi rea
litas tantũ ¶ 2° autem modo .s. denomi
natiue dicitur de omnibus. Exemplũ sic
ꝑfectiones. quedam sunt essentiales. que/
dam notionales. Ita aliqua dicunt essenti
alia. alia notionalia. sed tñ essentiale dicit
in primo mõ dicẽdi ꝑse ꝛ quidditatiue de
essentia denominatiue. aut dicit de aliis
attributis. Eodemmõ dico ꝙ homo dicit
realis ꝓpter realitatem denõiatiue sicut
existens dicit denoĩatiue. ¶ Quarto no
tandum est ꝙ aliquid dicitur formaliter
reale. ꝛ aliquid fundamental'r. Formal'r
autem s\^m ꝙ tale habet realitatem. Fun/
damental'r autem qñ habet solum ꝙ sit
reale ꝓpter fundamentum reale in quo ẽ

sicut dicimus de relationibus ¶ Dic ꝗ uẽ
sis dico ad difficultatem ꝙ ens in pri⁹ sua
diuisione. diuidit in ens in aĩa ꝛ extra ani
mam. Et qñ dicit ꝙ oẽ quod est extra a/
nimam est reale. Dico ꝙ falsum est. nam
quidditates in potentia obiectiua sunt ex
animã ꝛ nõ sunt fabricate ab aĩa. alioqn
cum sint eiusdem rõis in potẽtia ꝛ in actu.
quidditates in actu formẽt entia rõis qõ
est falsum. constat autem ꝙ tales quiddita
tes nõ sunt reales. Ideo dico ꝙ nõ oẽ ens
extra animam est reale. sed dico ꝙ ens
extra animam diuiditur in quidditatem
ꝛ modum quidditatis. s\^m autẽ ꝙ patuit
superius realitas est modus quidditatis
ꝛ nõ formalitatis. ꝛ ideo formalis distinc
tio que fundatur super quidditatem nõ
est de se realis. sed illa que fundatur sup
modum realitatis rectitudinis. hec patet
ex hoc quia que formaliter. ꝛ cum hoc rea
liter distinguũt ut homo ꝛ asinus. si amit
tant modum suũ realitatis ꝑ adnihilatio
nem uel corruptionem non distinguũtur
ultra realiter. tñ bene distinguũtur forma
liter sicut prius. quia easdem diffinitiões
habent in potẽtia ꝛ in actu. in potentia di
co obiectiua. ¶ Sed dices hec formalitas
aut est res aut est nihil. nam s\^m aug\^m de
trinitate qõ nulla res ẽ. nihil est. si autem
sit res ꝑ ꝯñs uidetur dicendum ꝙ plures
formalitates sũt plures res. Dico ꝙ que
libet formalitas est res sicut quelibet per
sona est essentia. ꝛ tñ sicut plures ꝑsone nõ
sunt plures essentie. sic nec plures forma
litates non obstante ꝙ sint res. erunt plu
res res. sicut eñ una essentia numero cor/
respondet distinctis ꝑsonis quarum que
libet ẽ essentia. sic suo modo una simplex
realitas pluribus formalitatibus corre/
spondet. ¶ Sed ꝯtra. accipiendo ipsaꝫ for
malitatem in ipsa ultimata ꝑcisione ut for
maliter est ab alia distincta. ꝛ si tunc res ẽ
ergo res distincta ab alia que ut sic ẽ ꝑcisa
¶ Dico ꝙ formalitas ꝑcise est sumpta so
luꝫ quidditatiue. ¶ Et tunc ad argumẽtũ
dico ꝙ formalitas quidditatiue. nec ẽ res
nec nihil. Dicit autem aug⁹. non ẽ quiddi
tatiua. sed sic omne qõ est simpliciter aut

est unum aut multa. ꝛ tamē cū hec stet ɋ
multa sunt que ɋdditatiue nec sunt unū
nec multa. sic omne quod ē. uel est res. uel
nihil. tñ quidditatiue nō ē aliquid istorū
Similiter argumentū nō ualet sicut patet
in aliis. Nam ueritas est entitas. Et boni
tas ē entitas. bonitas ꝛ ueritas distinguūt
ergo bonitas ꝛ ueritas sunt distincte enti
tates. non sequitur. Eodemmodo in ppo
sito dico ɋ non sequit sapiētia est res. bo
nitas est res. ꝛ ista distinguūtur. ergo sūt
distincte res. quia res nō dicitur de eis ɋd
ditatiue. sed denominatiue. si eni res dice/
rentur quidditatiue. argumentū esset diffi
cile ¶ Septima diffi. est quia idem ꝛ di/
uersum sunt passiones entis. ꝛ uniformi
ter accipiendo sicut idem ꝛ diuersum reali
ter sunt passiones entis realis. ita idem ꝛ
diuersum formaliter sūt passiones entis
formalis. cum ergo sbm non excedat pro
priam passionem. nec ecōuerso. sic nō pote
rit ens reale inueniri sine distinctiōe ꝛ idem
titate reali. cuꝫ ergo ille formalitates sint
uere entia realia. earuꝫ distinctio erit uere
realis. ¶ Dico dupliciter. Primo ɋ idem
ꝛ diuersum sunt passiones distincte. ꝛ iō
ad ɔsaluādum ɔuertibilitatem. sufficit ɋ
sbm nō inueniatur sine altera parte. ¶ Ad
ppositū. dico ɋ ille formalitates sūt idem
uere realiter. ꝛ iō pars passiōis disiūctiue
uere ɔuenit eis. ¶ Sed ɔtra. res ɔuertitur
cum ente. ergo distinctio realis ɔuertit cū
distinctione entium. cum ergo hec sint plu
res entitates. erunt plures res. ¶ Dico ɋ
alique passiones entis sunt que ɔueniunt
cum ente in tota sua latitudine. ꝛ huiꝰmōi
sunt uerum bonum ꝛ unum. ¶ Alia sunt
que ɔuertuntur cum ente solum cōtracto
ꝑ aliquem modū. ꝛ ista sunt aliquid ꝛ res
aliquitas eni distinguitur ɔtra nihil. ꝛ iō
si actu est. aliquid ē. si actu aliquid nō est.
ꝛ uere non est. nihil est. ꝛ ꝑ ɔñs nō ē aliqd
¶ Eodemmodo dico de re. ens ergo ex/
istens est solum sbm adequatū istiꝰ passi/
onis que est esse rem. ubi ergo plura entia
existēns sūt. ibi plures res ¶ Si dicas for
malitates sūt plures ꝛ existunt. ꝛ uident
plura entia. ɋ ibi erunt plures res. ¶ Di
co ɋ ubicūqꝫ sunt plures rōnes formales
non pmo diuerse ꝛ exister tes sic sunt bō
ꝛ asinus. in talibus quot sūt formales ra
tiones tot sūt entitates existentes. ꝛ ꝑ ɔñs
tot res. sed ubi sunt rōnes plures forma/
les primo diuerse. non oꝫ ɋ ibi sint plures
entitates sed eadem res. plures. n. rōnes
formales pmo diuerse dicunt entia plura
quelibet eni rō formalis. uel formalitas
est entitas. sed non alia entitas sed eadem
ꝛ ꝑ ɔñs eadem realitas qua omnes dicunt
reales. ꝛ sic eis correspondet una simplex
realitas sicut existentia. nec sunt ibi duo re
aliter. quia hec formalitas licet nō disting
uatur ab illa realiter in deo. tñ in creatu/
ris sic. ¶ Octaua diffi. est quia formali/
tas uidetur esse inferior ad realitatem. rea
litas est eni ɔis transcendēnbus. cuꝫ ergo
multiplicato inferiori multiplicat supius
sequitur ɋ si sint plures formales ratiōes
uel formalitates. erunt plures res uel rea
litates ꝑ locum a pte subiectiua ¶ Dico
ɋ suppoᵐ ē falsum. s. ɋ realitas sit ɔmu/
nior ɔmunitate uīis ɋ sit ratio formalis
nam ratio formalis inuenitur sine reali/
tate in quidditatibus. s. in entibus in po/
tentia obiectiua tantum. nūɋ tñ realitas
inuenitur sine rōne formali. ¶ Tunc ad
argumentuꝫ. realitas ɔuertitur cum ente
Dico ɋ non ɔuertitur cum ente sᵐ suā la
titudinem. sed cuꝫ ente in actu solū. ¶ Sꝫ
ɔtra. hec distinctiō formalis ē in actu. ergo
erit realis ¶ Dico ɋ licet risibile ꝛ homo
ɔuertantur. tñ homo inuenitur quiddita/
tiue. ubi non inuenitur risibile puta infra
quidditatem for. infra quam non inuenit
risibile. Ita dico ɋ licet existētia ꝛ realitas
ɔuertuntur. tñ existētia pōt dici denomi/
natiue ppter aliquē modū quem non de/
nominabit realitas. ¶ Sꝫ adhuc stat du.
quia multe rationes formales uidētur cō
uenire in unica realitate. ꝛ sic realitas erit
ɔmunis respectu rōnis formalis ¶ Dico
ɋ duplex ɔmunitas inuenitur. Una uni/
uersalis ꝛ illa non ē hic. Alia pōt dici fun
damentalis. uel radicalis eo mō quo unuꝫ
sbm ē ɔmune multis passiōibus. ¶ Hoc
uiso. dico ɋ primo nō tenet argumentū

quia realitas nõ est uniuersalis. sed dico ꝙ magis ē ꝯia rō formalis ꝙ ipa realitas ¶ 2ª autē modo sicut dicimus ꝙ multa unica existentia existunt sicut aia ꝛ sue potentie. sic possumus dicere de realitate suo modo ¶ Nona diffi. qꝛ uidet formalitas dicere totū illud qđ est uniūquodqꝫ quod est extra aiam. qꝛ tota rō diffinitiua ꝯprehendit totam essentiam diffiniti. ꝛ sic cū realitas sit illud idem. si multe sūt formalitates. mlͤte sūt realitates. Dicit ꝙ nulla posita distinctione inter formalitatē ꝛ realitatē adhuc pñt saluari multe formalitates cū una realitate ¶ Sꝫ ꝯ. quãdocūqꝫ aliqua sunt oibus modis idem. multiplicato uno necessario multiplicat ꝛ reliquū Et si detur oppoᵐ. extrema ꝯtradictionis inerunt eidem .s. multiplicare ꝛ nõ multiplicare. qđ ē incõueniēs. ¶ Preterea distinctio realis ꝛ formalis sūt habitudies diuerse cum una in ꝓposito affirmat ꝛ alia negeť sed disperataꝝ habitudinū sūt disperata extrema. cū ḡ realis habitudo fundetur sup realitatem. ꝛ formalis sup formalitatem. ergo oꝫ formale ꝛ reale distinctionē aliquā habere. ¶ Ideo dico ꝙ ponẽtes plures formalitates in unica realitate. habēt necessario ponere distinctiõꝫ aliquā inter reale ꝛ formale. ꝛ illam esse ex natura rei ꝛ etiam esse minorem distinctiõne formali ¶ Ad cuius intellectū est sciendū ꝙ quadruplex distinctio siue nõ identitas inuenitur sine ope intellectus. ¶ Prima ē formalitatū adinuicem sicut est intellectus ꝛ uoluntas. quoꝝ quodlibet dicit quidditatem aliquā ¶ 2ª est diuersoꝝ mõꝝ uniᵘ rõnis. sicut duo indiuidua differūt ꝑ realitates. quia tales realitates nõ dicunt ꝑ se quidditates ¶ Tertia est diuersoꝝ mõꝝ alterius ꝛ alterius rõnis. sicut sūt existentia ꝛ realitas que dicūt ut patuit. diuersos modos intrinsecos. ¶ Quarta mõi intrinseci a quidditate qualis ponit inter diuinam essentiam ꝛ infinitatem. aut inter infinitatem ꝛ quodlibet attributū. ꝛ ista est minima. ꝛ talis est in ꝓposito inter realitatem ꝛ formalitatē cuius est ¶ Decima diffi. est ista. nam quicquid est in deo ē realissimū ꝛ pfectissimū. ꝫ distinctiõ ē in deo ergo realissima ꝛ pfectissima. sic dicimᵘ ꝙ quicqd est ibi existens. est necessarium ꝑ summā necessitatē ꝛ existentiā ¶ Dico ꝙ sicut nos dicimᵘ ꝙ diuina relatio ē existens ꝑ diuinā essentiā ꝛ necessaria ꝛ realis ꝓpter necessitatē diuinā ꝛ realitatē. nõ tñ infinita ꝓpter infinitatē. Sic possumᵘ dicere ꝙ distinctio est ibi existes ꝛ necessaria non tñ realis eo mõ. quia sicut diuina rľo habꝫ modos aliquos sibi nõ repugnātes. infinitatem aūt sibi repugnantem habet. Sic distinctio hēt mõs sibi nõ repugnātes sꝫ realitas sibi repugnat. rõ eam nõ habet sed quia hic nõ uideť bene quietare. qꝛ nõ uidetur rõ quare realitas repugnat distinctiõni ¶ Ad euidentiā istius difficultatis intelligēduꝫ est. ꝙ quedā distinctio reperiť que ē realis ex natura extremoꝝ. uel fundamēti sic ē distinctio inter aīnū ꝛ hoieꝫ in accidētali existentia. quia ibi ē res ꝛ res ꝛ fundamentū reale. ¶ Alia ē que ē realis ex natura extremoꝝ ꝛ nõ fundamēti. sic est relatio distinctiõis inter deum ꝛ creaturam. nam ibi est res ꝛ res. quia tñ deo repugnat aliquem realem respectum ad creationem fundare. ideo dei ad creaturā nõ est distinctio realis ¶ Alia ē realis nõ ex natura extremoꝝ. sed ex natura fūdamēti sicut in ꝓposito. non enī in ista distinctiõe inuenitur res ꝛ res. que se habeāt ut extrema. fundamētum tñ est reale. ꝛ isto modo forte nõ eēt incõueniēs dicere illā relatiõnē esse realem distinctiõem. maxime nõ ualentes intelligere quin oē qđ est in re sit reale ¶ Sed istud tñ non deberet apparere ita difficile. In essentia enī diuia sūt relatiões ꝛ ꝓprietates relatiue que fundātur i essentia. nõ tñ dicūtur essentiales. ita ualde bene posset intelligi distinctio esse in re. que nõ esset realis. ꝛ sic est distinctio proposita. ¶ Alia est que nõ est realis ex natura extremoꝝ. nec ex natura fūdamēti sicut est distinctio inter hominē ꝛ aīnū in potētia obiectiua. quia ibi non est res ꝛ res que se habent sicut extrema. nec est realitas fundamēti. ¶ Undecima diffi. ē qꝛ .6. de trin. ex intentione Hila. concludit ꝙ in diuinis

pfectiōib⁹ nulla est diuersitas.qz quelibet pfectionū diuinaꝝ est alia.⁊ sic nulla ē dif/tinctio ¶ Dico ꝙ nulla est ibi diuersitas simpliciter cū sint unuꝫ identice ꝓpter infinitatem s^m quas hec formalitas est alia ¶ Cōtra.qñ aliqua sic se habēt ꝙ unum ē reliquū illa sūt unum. sed ꝑ te hec formalitas ē illa. ergo una simplex formalitas ¶ Dicūt quidā ꝙ due formalitates sunt una formalitas.sꝫ nō formaliter ¶ Contra.nā nulla formalitas ꝯstat nisi ex illis que sunt in primo mō dicendi ꝑ se.⁊ una illarum non dicitur de alia quidditatiue. ¶ Iteꝫ ꝙ sint plures formalitates ⁊ una formalitas resolubilis non se ꝯpatit.Uel sic ꝙ sint plures formalitates irresolubi/les non se ꝯpaciuntur. ¶ Cōtra hec tñ diffusius arguetur quādo fiet mentio de relatōne ⁊ eēntia dis.34.Ideo dico ꝙ nō sūt una formalitas.licet hec sit illa. quia hec non ē illa rōne sue formalitatis.sꝫ ratōne sue infinitatis. ¶ Contra si hec formali/tas est illa identice.saltem erit una formalitas identice ¶ Dico ꝙ ista ꝯña nō est bona.quia licet hic pater sit hic filius eēntia/liter.ita ꝙ hec ꝑsona sit illa eēntialr̄. nō tñ una ꝑsona est alia essentialr̄.⁊ hoc s^m do/ctrinam Hilarii.⁊ Aug.de trin. q̇a hec ꝑsona nō est illa inquātū ꝑsona.⁊ ita in proposito ¶ Intelligendum tñ ꝙ quattuor modis possunt aliqua distingui. Quedā eni distinguūtur realiter ⁊ formaliter. sic homo ⁊ asinus in accidētali existentia.naꝫ ibi est res ⁊ res.⁊ due rationes diffinitiue ¶ Aliqua distinguūtur formaliter ⁊ non realiter.sicut homo ⁊ asinus in potētia obiectiua. Actus enī ⁊ potentia nō diuersifi/cant essentiam uel rōnem formalē ¶ Aliqua distinguūtur realiter ⁊ nō formaliter sicut indiuidua eiusdem speciei.habēt eniꝫ eandem rōnem diffinitiuam.⁊ tñ ibi ē res ⁊ res cū possint ab inuiceꝫ separi. ¶ Alia que nec distinguūt formaliter nec realr̄ sicut quidditas uniuscuiusqꝫ a sua existētia que cum nō sit de sua rōne diffinitiua non est idem formaliter.nec etiam distinguuntur formaliter cum eiusdem rōnis sit quidditas existens ⁊ non existens.⁊ etiam non est ibi res ⁊ res quia quidditas ꝑcisa ab existentia non habet realitatem aliquā ⁊ ꝑ ꝯñs nec realiter distinguūtur. ¶ Duodecima diffi.ē. quia uidetur ꝙ si intellect⁹ ⁊ uoluntas ⁊ sic de aliis formalitatibus non sunt unum realiter ꝙ oporteat dicere necessario ꝙ distinguūtur realiter. ¶ Ad istud dico ꝙ sicut patet ex ꝓcedēti solutiōe non ualet ꝯña.quāuis.n.ꝯña sit bona simpliciter.⁊ diffinitio sit bona.tñ modus appositus totum destruit ¶ Exemplū pr̄ ⁊ filius uel sunt una uel plures ista est uera Sꝫ si additur sic pater ⁊ fili⁹ uel sūt una essentia ꝑsonaliter uel plures eēntie ꝑso/naliter.hec est falsa. uerum est tamē ꝙ sūt plures formalitates si sint plures ratōes reales realitate fūdamētali ¶ Et si dicas ubicūqꝫ est distinctio ibi est ordo.⁊ si sunt ex natura rei distincta.ordo ē inter illa ex natura rei.Ordo aūt cū sit habitudo pre/supponit distinctōnem extremoꝝ. ¶ Dico ꝙ ibi est ordo factus ab aīa.⁊ realis ex natura fundamenti.non aūt extremoruꝫ ut dictum est prius. ¶ Si dicatur aut distiguūtur formalr̄ ⁊ realiter.aut formaliter non realiter ¶ Dico ꝙ distinguūtur realiter ex natura fundamenti.qz fundamētum istius distinctionis est reale.sed nō distinguūtur realiter ex natura extremorū quia non est ibi res ⁊ res.sed formalitas solum. ¶ Restat autem nūc respōdere ad duo sophistica que fiunt contra predicta. ¶ Primū est istud. Negato superiori ne/gatur ⁊ inferius. hoc patet ꝑ locum a toto in quātitate.q̇ tenet destructiue ⁊ negatiue Sed ex natura rei ē superius ad formalr̄ ⁊ realiter.quia sequitur.hoc formaliter distinguitur.ergo ex natura rei. Similiter hoc realiter distinguit̄.ergo ex natura rei ⁊ non ecōuerso. Non eni sequit̄. hoc ex na/tura rei distinguitur.ergo formaliter uel realiter.ergo negata identitate ex natura rei necessario sequit̄ negatio identitatis tam realis quam formalis.sequitur ergo non sunt idem ex natura rei. ergo nec formaliter nec realiter idem. ¶ Z^m est istud quādocūqꝫ aliqua distinguūtur in superiori ⁊ inferiori.sed ex natura rei est superius

ad reale ⁊ formale. ergo que distinguũtur ex natura rei distinguũtur realiter ⁊ formaliter. ⁊ sic habetur ꝯtra te. ¶ Ad primũ dico ꝙ negatiõem pponere ⁊ postponere magnam differentiam facit. Negatio eñi antepostita facit eq̃pollere suo ꝯtradictorio. sed postposita suo ꝯtrario. Differt aũt dicere. non sunt idem ex natura rei. ⁊ sunt non idem ex natura rei. ex prima non uidetur aliud sequi p equipollentiã nisi sua ꝯtradictoria. s. non sũt idem tali modo ex natura rei. ⁊ ista forte habet ueritatem. sed ad secũdam. s. nõ sunt idem ex natura rei sequitur ut uidetur p equipollentiã nullo modo sũt idẽ ex natura rei. qḋ ẽ oĩo falsũ ¶ Sed adhuc uidetur dubiũ stare. sequit̃ eñi non sunt idem ex natura rei. ergo sũt non idem realiter. Nam ex opposito ꝯñtis sequitur oppositũ antecedẽns. sequit̃ enim sunt idem realiter. ergo sunt idem ex natura rei. ergo prima ꝯñia est bona. ¶ Dico ꝙ ne illa. non sunt idem ex natura rei. deb; ꝯcedi sine additõne. plus ꝙ̃ ista. sũt nõ idem ex natura rei. s; ubi est dĩa. dico ꝙ uno mõ addita una est ꝯcedenda. alia negãda. Ista eñi. nõ sunt idem oĩbus modis ex natura rei. ꝯcedenda est. nam equipollet suo ꝯtradictorio qḋ est istud. sunt nõ idem aliquo modo ex natura rei. ⁊ ista ẽ uera. Alia aũt. sunt nõ idem oĩbus modis. est negãda qꝛ equipollet suo ꝯtrario qḋ est istud. nullo⁹ sunt idem ex natura rei. ⁊ ista ẽ falsa ⁊ oĩo repellenda. ¶ Ad 2ᵐ dico ꝙ ista regula. quecũq; distinguũtur in superiori ⁊c. nõ pñt tenere p aliquem locum. nam locus a toto ul'r. nec locus a toto i quãtitate tenet nisi negatiue ⁊ non affirmatiue. nec ꝯstructiue in modus arguendi deficiens in forma tenet ratione materie. Sic dico in proposito. nam distinctio addita termino superiori additur inferiori necessario. si processus fiat in secũdis intentionibus uel in primis respectu secũdaꝝ. ¶ Exemplum. bene sequitur. distinguit̃ genere ergo spẽ. sed in pmis intentionibus nõ ualet. nõ sequitur. sũt distincta animalia. ꝗ distincti homines. uel sunt distincta in animalitate ergo in humanitate. ¶ Ad argumentum in oppositum. dico ꝙ illud dicit̃ nihil quod non est in existentia actuali. sic essentia in potentia obiectiua. ⁊ iste dicuntur nihil denominatiue. Iste aũt formalitates sũt existentes. ⁊ per consequens reales.

Utrum unitas entis possit saluari in deo cum distinctione formali istaꝝ pfectionũ. ¶ Dico sine argumentis ꝙ sic. quia nõ uidetur repugnãtia ꝙ aliqua rõ sit ꝯis nõ quidditatiue s; identice ⁊ denoĩatiue. ⁊ ꝙ pluribꝰ identificetur ⁊ ꝙ plura denomiet. ⁊ sic p ꝯñs de ente. Ipsa eñi unica ratio formalis i se existens rõne pfecte identitatis quam habet ad oẽs istas pfectiones. potenit eas denominare. dato ꝙ quidditatiue in eis nõ icludatur. ¶ Exemplũ de eẽntia diuĩa unica in se existens ppter identitatem pfectam quaꝝ habet ad rõnes. oẽs denominat nõ obstãte distinctione formali ⁊ q̃dditatiua eodem mõ in pposito. ¶ Sed notandũ ꝙ ens aliter cõpatur ad partes disiunctas. ⁊ aliter ad passiones adequatas. Ad partes eñi subiectiuas. ⁊ ad dĩas diuisiuas sic cõperatur ꝙ diuiditur in eis. ⁊ etiã ad passiones disiunctas. sed ad passiones adequatas nõ sic. non eñi plurificat̃ in eis. ¶ Exemplum de uero ⁊ bono. ⁊ sic in pposito.

Utrum ista distinctio attributoꝝ possit stare cum sũma simplicitate. ꝙ nõ quia ubi ẽ multitudo ibi non est simplicitas. ¶ Cõtra dio. dicit ꝙ multiplex forma⁹ diuiaꝝ pfcõnũ ẽ unica. ubi autẽ unicã ibi simplex. ¶ In ista questione primo inuestigabitur. Utrum ista distinctio possit stare cum simplicitate. ¶ 2° si cum sũma identitate. ¶ Tertio si cũ summa unitate. ¶ Quarto si cum summa infinitate. ¶ Quãtum ad priᵐ. ¶ Primo ponẽtur quattuor preambula. 2° declarabitur quid sit simplicitas. Deinde ad argumenta. ¶ Primũ pambulũ est. ꝙ ratio simplicitatis nõ est rõ positiua. s; priuatiua ¶ Et hoc pbatur priᵒ. quia anᵒ diffinitio est priuatiua. ipm est priuatiuũ. diffinitio aũt simplicitatis est huiusmõi. qꝛ diffinit̃

p eius irresolubilitatem que ē priuatiua. ¶ 2° hoc illud qđ fundat in priuatiuo nō pōt esse priuatiuū. sed simplicitas videtur posse fundari in vnitate que est rō priuatiua. ergo ꝛc. ¶ 2ᵐ preambulū est. ꝙ est rō respectiua. Et hoc ꝓbat pri° sic. qꝛ ꝑᵐ aug. Negatio est eiusdem generis cū sua affirmatione. sed simplicitas priuat ꝯpositionē que est rō respectiua. ergo necessario ⁊ simplicitas dicit respectum. Probo minorē nam ꝯpositio est ꝯiunctio duoꝝ quorum vnum est in potentia respectu alterius. sic materia respectu forme. aut ābo respectu tertii, sicut relatio in partibus continui respectu ꝯtinuitatis. Carentia aūt istius est simplicitas. ¶ 2° quia nullū absolutum fundatur in respectiuo. simplicitas aūt in multis respectibus inuenit. ꝑ ꝛc. ¶ Tertium ꝑambulū est ꝙ ratio simplicitatis ⁊ identitatis nō sunt idem. nec vnitatis. hoc ꝓbat. nam angeli distincti sūt ⁊ nō ꝯpositi ⁊ similiter plures sūt. nec tñ vnus aliū cōponit. ergo ꝛc. ¶ Quartū preambulū est ꝙ nō est idem simplr simplex. ⁊ sūme simplex. Simpliciter simplex est quādo est nō resolubile in aliqua ipm ꝯponētia vel ꝯstitutiua. sed resolutio vltima stat ad ipsuꝫ. summe aūt simplex ē qđ nō ē in se aliquo mō ꝯpositū. nec aliquid sibi ꝯponibile. nec ipm alicui. ⁊ istud est actus purus. ¶ Ex istis duobus hic in isto vltimo ꝑambulo dictis sequūtur duo. ¶ Priᵐ est. ꝙ in creaturis inuenit aliquid simplr simplex. qꝛ i resolutionibus ꝯpositoꝝ aut est ꝓcedere i infinitum. sicut in diuisione ꝯtinui ꝙ non pōt esse in essentialr ordinatis. vel est deuenire ad aliqđ irresolubile. ¶ 2ᵐ est ꝙ i creaturis non inuenit aliquid qđ est sūme simplex. oīa eni simplr simplicia que sūt in creaturis sunt alius cōponibilia. ⁊ alia ipsis. Alia non simplr simplicia sunt in se ipsis vere ꝯposita. ¶ His pmissis quātuꝫ ad 2ᵐ. dicūt aliqui ꝙ simplicitas summa ē ꝓprietas rei que nullā secum ꝯpatitur distinctionē. nā vbi ē distīctio ibi necessario est pluralitas. que sine ꝯpositione intelligi non pōt. ¶ Consequēter isti dicunt ad 3ᵐ articulum ꝙ diuine ēentie rōne sūme simplicitatis repugnat huiusmōi distinctio. ⁊ quecūqꝫ alia que se tenet ex parte obiecti. ¶ Primū ipsi ꝓbant 4ᵒʳ. ¶ Pri° sic. ꝯpositio ꝑᵐ expositionē gramaticalē dicit aliquoꝝ simul positionē. illa eni que vniunt simul ponūtur. ⁊ ideo necessario ē ibi compositio. ¶ 2° sic ꝑᵐ logicalem deductionē. Omnis numerus ꝯponitur ex vnitatib9 cum sint partes in quibus resoluitur. vbi autēꝫ est pluralitas ibi est numerus. ⁊ vbi est diuisio ibi est pluralitas. ergo vbi ē diuisio ibi est numerus. ⁊ ꝑ ꝯñs compositio. ¶ Tertio sic. naꝫ Dioni. de diui. no. c° 4° vocat vnionem nature hūane ad verbi cōpositionem. Dicens ꝙ ꝯpositio iesu ē ineffabilis omni verbo. ⁊ ignota oī menti. Et sic videtur ꝙ vnio distinctoꝝ non posset esse sine ꝯpositiōe. quia ab ea nō abstrahit. ¶ Quarto sic. oē ꝯtinens in se plura distincta. est resolubile. sed oē resolubile in plura est ꝯpositum ex illis. ergo oē ꝯtinēs plura distincta est ꝯpositūꝫ ex illis. hoc ꝓbato patet 2ᵐ. s. ꝙ hēc distinctio nō stat cū summa simplicitate. ¶ Sed ꝯtra istam arguo. ⁊ ostendo ex opposito secundi oppositum primi. ostenso eni ꝙ distinctio sit cuꝫ summa simplicitate. patebit priᵐ. s. ꝙ simplicitas licet excludat ꝯpositionem non tñ oēm distinctiōēꝫ. hoc aūt ondo 4ᵒʳ. ¶ Pri° sic. nam nullus debet negare quin in deo sit summa simplicitas. Constat aūt ꝙ ibi sunt quattor rōnes distincte. ergo distinctio stat cum summa simplicitate. ¶ 2° sic ꝑsona in diuinis est summe simplex. ⁊ tñ in vnica ꝑsona sunt due rōnes. s. ꝓductiones realiter distincte. Nam in patre sunt generatio actiua ⁊ spiratio actiua que necessario distinguūtur. ¶ Tertio qꝛ in persona filii est generatio passiua. ⁊ spiratio actiua que necessario distiguūtur. ¶ Quarto quia in tota trinitate tanta est simplicitas quanta est in essentia solum. ⁊ tñ in trinitate est realis distinctio trium ꝑsonaruꝫ Hec oīa ꝯfirmātur. quia natura humana ⁊ diuina i supposito verbi vniuntur. ⁊ tñ sine aliqua ꝯpositione. ¶ Inducūtur aūt quattuor dicta ad infirmandū istas rōes ¶ Primū est istud. ꝙ nō sufficit ad hoc ꝙ

aliqua unita faciāt ꝯpositionem ꝙ uniant in uni natura. sed oꝫ ꝙ uniant in uno supposito. ⁊ ꝑ hoc infirmatur pma rō. ¶ 2^m dictum ē ꝙ nō sufficit ꝙ uniantur in uno supposito, sed oꝫ ꝙ unum coꝝ sit in alio ⁊ ꝑ hoc īfirmat 2^a ⁊ 3^a. quia licet ꝓductiōes due uniantur ī uno supposito, tñ una nō ē in alia. paternitas. n. nō ē in spiratione nec ēcōuerso ¶ Tertiū dictum ē ꝙ nō sufficit ꝙ in supposito uniantur nec ī natura, sed oꝫ ꝙ sint eiusdem nature. ⁊ ideo hūanitas ⁊ deitas nō possūt ꝯponi in filio. ⁊ etiā qz nō est hūanitas in supposito ꝓprio. ⁊ ꝑ hoc infirmatur ꝯfirmatio. ¶ Quartū dictuꝫ est ꝙ quātumcūqz sūt distincta. ⁊ unuꝫ sit in alio si sunt subsistentia, sicē ꝑsone diuine nullam faciūt ꝯpositionem. ꝑ hoc īfirmat quarta ratio ¶ Cōtra ista. contra primū Nam si aliqua ex hoc ꝙ uniūtur maioreꝫ faciūt ꝯpositionem, si magis uniūtur maiorem facient ꝯpositiōem. sed magis uniuntur que uniūtur in eadē natura, ꝙ̄ que uniūtur in supposito. nam unitas diuine nature nō ꝯpatitur secum quācūqz pluralitatem nisi trinitatem in diuinis. suppositum autem diuinū quātum ex se ē non repugnat sibi ꝙ ī eo sint īfinite nature. ergo si relatiōes unite ī supposito diuino facent ꝯpositiōnem, multomagis si uniantur in natura. ¶ 2° sic. maior ē unio ꝯstituens ꝙ̄ unio constituti. essentia diuina ꝯstituit ꝑsonam. ergo uidetur maior unitas eēntie ⁊ nature ꝙ̄ ꝑsone. ¶ Preterea si una sola facit ꝯpositiōem, quare nō tria si ponantur ¶ 2° ꝯtra 2^m. Nam nullus negare debet quin partes cōstituti uere ꝯponāt. ⁊ tamē una nō ē in alia ¶ Cōtra 3^m qa accidens ꝯpōit cū sbā. ⁊ hoc supposito alieno. ¶ Cōtra 4^m quia qñcūqz aliqua apta nata sūt facere ꝯpositum. si unum sit in alio ⁊ non ꝑ se subsistens. si talia ponantur simul ⁊ subsistentia facient aceruuꝫ. ⁊ sic trinitas erit aceruus ¶ Ideo dico ꝙ distinctio ut distinctio nō repugnat sūme simplicitati. ⁊ maxime distinctio istaꝝ ꝑfectionū potest stare cum summa simplicitate diuina sine aliqua ꝯpositione. ¶ Ad cuius euidentiaꝫ sciēdum est ꝙ quattuor sunt habitudines essentialiter ordinate ab inuicem abstrahentes. ¶ Prima ē ratō distinctionis. ita ꝙ ordine essentiali rō distinctionis est prior ⁊ magis abstracta. 2ª unionis ¶ Tertia compositionis ¶ Quarta resolutionis. ꝙ aūt distinctio ꝑcedit unionē. patet qz multa sunt distincta que non sunt unita. sicut duo anguli. ⁊ tñ oia unita, necessario sunt disticta. nihil ēnī pōt uniri sibiipsi. ¶ Ratio aūt unionis est 2^a. Nāꝫ multa sūt unita que nō sūt ꝯposita, sicut patet in īcarnatione ubi deitas ⁊ hūanitas uniuntur. ⁊ tñ nō ꝯponūtur, quia sic deitas esset pars qō ē ꝯtra Dioni. quecūqz aūt sunt ꝯposita sūt unita. nulla enī ꝯpositiō accidentalis pōt esse sine unione ꝯponentiuꝫ. alioquin oia sepatā ꝯponeret. qō ē falsuꝫ manifeste. ¶ Tertia ratio est ꝯpositio. Omne enīqō resoluitur ꝯponitur ex illis in quibus resoluitur. ⁊ ideo nūquā fit resolutio nisi ꝑ

ꝑuia ꝯpositione. ꝯpositio aūt bene ponitur sine resolutione. sicut in corporibus supcelestibus que sunt ꝯposita non tñ resolubilia. ⁊ quia primo nō repugnat esse sine 2° ⁊ 2° sine 3°. nec 3° sine 4°. ⁊ uniuersaliter priori in essentialiter ordinatis nō repugnat esse sine posteriori, hinc est ꝙ nulla repugnantia apparet ꝙ sit distinctio sine unione. ⁊ ꝑ ꝯñs sine ꝯpositione. Inaduertētia autē istaꝝ abstractionū multoꝝ errorum sunt occasio. Sabelliani enī quia nescierūt abstrahere rōnem ꝑsone a rōne indiuidui signati, dixerūt unā ꝑsonā in diuia eēntia sicut est ibi unū soluꝫ indiuiduū substāne Similiter Arriani nescientes abstrahē ꝑductionem a factione. ⁊ quia uiderūt uerbum i diuinis esse ꝓductū ꝓpter defectus abstractionis, dixerūt uerbum esse factuꝫ ¶ Nunc ad rōnes opiniōis Dico ad pri^m ꝙ illa ratio de simul positiōe ꝑstat ꝯpositiōeꝫ trinitatis. ⁊ ideo dico cū btō Hiero. ꝙ theologia nō subiiciatur regulis donati. ¶ Ad 2^m dico ꝙ pluralitas transcendēs abstrahit a numero ꝓprie dicto. ⁊ iō ipsa nō ꝯponitur ex unitatibus sicut numerus licet cōstet ex eis. sic nec ꝑsona ex esse ⁊ relatione ꝯponitur. licet constet ex eis ¶ Ad 3^m dico ꝙ Dioni. large accipit ꝯpositionem

ꝑ ꝯiunctiōe.l.ſicut Jo. baptiſta factꝰ ē ſm
ꝑ productiōe.qñ dicebat. Xp̄m ante ipm̄
factum. ¶ Ad 4m dico ꝙ licet oē ꝯpoſitū
poſſet ꝑ intellectum reſolui in illis ex qui
bus ꝯſtat.nō tñ realiter reſoluitur.ſicꝫ pa/
tuit in ultima rōne a qua oēs alie abſtra/
huntur.corpora enī celeſtia regulariꝰ ſūt
irreſolubilia. ¶ Confirmātur oia dicta ꝑ
hoc.quia qualis eſt ordo oppoſiti ad oppo
ſitum.talis ꝓpoſiti ad ꝓpoſitū. ¶ Exem
pluꝫ.ſicut albedo ad diſgregare.ita nigre
do ad cōgregare.hoc ergo patet. ſed ſim/
plicitas ꝛ ꝯpoſitō opponūt. unitas ꝛ diſti
ctio opponūtur.ergo qualis eſt ordo ſim/
plicitatis ad unitateꝫ.talis erit ꝯpoſitōis
ad diſtinctionem. Cōſtat aūt ꝙ talis ordo
ē ſimplicitatis ad unitatem ꝙ ſimplicitas
non pōt eſſe ſine unitate. unitas bene pōt
eſſe ſine ſimplicitate ut patet in perſe com/
poſitis. ubi ē uere unitas ꝛ nō ſimplicitas
ergo eodem mō ſe habebit pluralitas op/
poſita unitati ad ꝯpoſitionem oppoſitam
ſimplicitati. quia licet ꝯpoſitio nō pōt eſſe
ſine diſtinctione ꝛ pluralitate.tñ diſtinctio
ꝛ pluralitas bene poſſūt eſſe ſine ꝯpōne.
¶ Sꝫ hic occurrūt quattuor diffi. ¶ Pri
ē. Utrum iſta ſimplicitas poſſit ſtare cū
ꝯpoſitōe rōnis ¶ Dico ꝙ nō intelligo ꝙ
ratio mea poſſit facere ꝯpoſitōem i diuinis
nec etiā itelligo quō rō mea poſſit i ſe ipſo
obiectiue hāc facere ꝯpoſitionē.qꝛ impoſ/
ſibile eſt ꝙ itellectus aliquid fabricet.cuiꝰ
oppoſitū demonſtret.ſed nos demōſtramꝰ
ꝙ deus eſt ſumme ſimplex.ꝗ ꝛc ¶ Sed
uerum eſt ꝙ imaginatio ſepe decipit nos
imaginamur enī deuꝫ ex multis compoſi
ꝛ eſſe lōgum ꝛ latum.ſicut dicit Aug. ſup
geñ.ad lr̄am.qñ inquit Auguſ.imaginor
uſqꝫ ſextarium. imaginor ſex corpora ro
tunda.ſed intellectus ꝑualet qui ꝓbat ꝙ
omne ꝯtinuū eſt diuiſibile in infinitum.ꝛ
ſex corpora illa nō poſſunt eſſe ſex unita/
tes indiuiſibiles ¶ Similr quāticunqꝫ
intellectus noſter procedit a magis notis
ad minus nota.ꝛ hoc ꝑ talia imaginabilia
ſed tñ ꝑualet in fine ſemp. ꝛ dicit ꝙ nō eſt
ibi talis diuerſitas nec ꝯpō. ¶ 2a diffi. ē
Si inter talia eſſet diſtinctio realis. Utrū

ſit in eis ꝯpoſitio.nam uidetur ꝙ ſic.quia
ſumma unitas eſt cum ſūma ſimplicitate.
ergo cum ſūma unitas excludat pluralita
tem realem.ſumma ſimplicitas ſimiliter ꝛ
oēm. ¶ Dico ꝙ licet unitas ſūma ſit cum
ſūma ſimplicitate. non tñ reſpectu oium
Et ideo dico ꝙ quia ſimplicitas nō opponi
tur pluralitati.ſed cōpoſitio poterit ſtare
cum pluralitate ꝛ unitate ¶ Tertia diffi.
eſt ex quo iſta non ꝯponūt.ſed tñ faciunt
aceruum. ¶ Dico ꝙ nō ꝓpter ſūmā unita
tem realem quam habent inter ſe. ¶ Sꝫ
re.diffi.qđ dicat plus ꝯpoſitio ꝙ̄ multa eē
ſimul ꝛ unita. ¶ Dico ꝙ dicit mlta unita
ꝛ tñ hoc ꝙ unum ſit in potētia reſpectu al/
terius.in diuinis aūt oia ſunt purus actꝰ.
¶ Dico ergo cum ſumma ſimplicitate di
uina pōt ſtare diſtinctio ex natura rei at/
tributorum indiuinis. attributoruꝫ dico
inter ſe.ꝛ attributoꝝ ab eſſentia ſine ali/
qua ꝯpoſitione ꝛ aceruo. ¶ Nec uideo ra/
tiones que non ita militent cōtra trinita
tem ꝑſonarum.ſicut ꝯtra diſtinctionē iſtā
Et hoc quia rōes ꝓbantes ꝯtra diſtīctōem
ꝛ ꝯcludunt cōpoſitōem.ita arguūt contra
diſtinctionem ꝑſonaꝝ. ¶ Sed tamē aliter
inſtatur 4r ꝯtra dictam ꝯpoſitionē ¶ Nā
ipſa diuina eſſentia ſi diſtinguitur ab at/
tributis precedere uideṫ attributa ꝛ quaſi
ea ſpectare tāquā ſui ꝑfectiones. ꝛ ſic erit
in potentia ad ipſa.ꝛ ꝑ ꝯñs faciens cōpo/
ſitionem cum ipſis. ¶ 2o ſic.quia ipſa at/
tributa ꝯparantur ad eſſētiam. ſicut plures
ꝑfectiones inſiſtētes. Et ideo ſi diuerſe for
me faciunt compoſitiōem eo ꝙ ſunt ī actu
reſpectu eius.eodem modo attributa cum
eſſentia. ¶ Tertio ſic. Nam potentia itel/
lectiua ponitur in deo ꝛ etiam actus eius.
ſi autem ſunt attributa diſtincta. ſtat tūc
compoſitio ex actu ꝛ potentia. ¶ Eodem
modo de potētia uolūtia ꝛ eiꝰ actu. ¶ 4o qꝛ
cum tanta ſimplicitas ponitur in eſſentia
ꝛ in oibus attributis ſimul ſic ī ſola eſſen
tia.non uidetur bene intelligibile ꝙ poſſit
ſtare diſtinctio.ꝛ dato ꝙ ſit tanta ſimplici
tas.utrum reſpectu cuiuſlibet attributi ē
una ꝓpria ſimplicitas.ꝛ etiā cuiuſlibet per
ſonꝫ: uel ſi ſunt plures ¶ Ad iſta. ¶ Ad prim

ex formali ꝯstitutiuo ꝑ actuꝫ dicendi et etiā specifice. q̄ quādo totum ꝑ accn̄s cōstituit ex materiali ⁊ formali, specificatio ē a formali. uerbū est huiusmodi. dictio autē ē formale. ergo specificatio fiet ab ea. ¶ Cōtra istas ꝯclusiōes istatur ¶ Primo ꝯtra ꝑmam sic. Totū nō p̄dicatur de pte nec ecōuerso. sed dicim⁹ ꝙ act⁹ itelligēdi ē uerbū ⁊ ꝙ uerbum est uisio de uisiōe. ergo ⁊c. ¶ 2° ꝯtra 2am sic. Sicut se habet uerbū uocale ad locutiōem sensibilē ita uerbū itellectuale ad locutiōem itelligibilē. sed uerbū sensibile ñ est nisi ipsa locutio. ergo ⁊c. ¶ 3° ꝯtra 3am. Aggregatū ꝑ accn̄s non est in aliquo p̄dicamēto. sed uerbū ꝑ te est aggregatū ꝑ accn̄s q̄ ex absoluto ⁊ respectiuo. ergo ⁊c. ¶ 4° cōtra 4am ¶ Productio tot⁹ magis t̄minatur ad formale ꝙ̄ ad materiale. sed ꝑ te formale est dictio. g̃ ꝓduc⁹ uerbi magis t̄miabit ad dictiōem ꝙ̄ ad actū itellecti q̄d est falsum. ¶ p. A p̄ncipaliori debet fieri denomiatio. sed p̄ncipalior ē act⁹ itelligēdi ipso respectu ergo ⁊c. ¶ Ad p̄mum dico ꝙ nō ē icōueniens ꝙ ꝯs p̄dicetur de toto i ꝯcreto sicut hic. homo est pater. sed i abstracto hoc non est ipossibile sicut hic. homo est paternitas. et q̄ uerbū est ꝯcretū pōt p̄dicari de actu itelligendi ⁊ ꝯuerso semp accipiēdo in concreto. Sed ꝯtra. tūc ista non erit uera. uerbum est itellec⁹ ¶ Dico ꝙ uerbū sicut alia relatiua ꝯcreta possunt accipi dupl'r. Uno° formal'r Alio° fundamētal'r ¶ Si p̄mo° accipiat' illa est falsa uerbū est itellectio. si 2° sic ē uera. ¶ Ad 2m dico ꝙ i sensibilib⁹ aliud ē uerbū aliud ꝓductio uerbi ¶ Uerbū eiꝫ est sonus uel formata uox ¶ Locutio autē est ꝓductio ips⁹ uocis. uel sonus qui differt ab ea. sicut gn̄atio lucis a luce. sic dico i ꝓponendo ꝙ uerbū est aliq̄d p̄ter dictiōem ¶ Ad 3m dico ꝙ nūꝙ̄ ex absoluto ⁊ respectiuo cōstituitur ꝑ se unū. nec ex eis una rō formalis resultat nisi ꝑ accidēs sicut ex s̄ba ⁊ accidēte. et ideo ꝯcedo ꝯclusiōem. ꝙ uerbū ut uerbū nō ē ꝓpe in aliquo p̄dicamēto ¶ Ad 4m dico ꝙ productio tot⁹ magis terminatur ad formale quādo ē absolutū. sed nō semp qn̄ formale est respect⁹. maxie qn̄ illud formale est talis respect⁹ ꝙ de ipso dicatur illud ꝓductum.

Tūc ad ꝯfirmatiōem dico ꝙ est ad opposituꝫ. quia denomiatio fit ab infirmiori ¶ Sed hic oriūtur diffi. ¶ Prima ē, si uerbū debeat dici q̄d absolutū uel respectiuū ¶ Dico ꝙ respm. q̄ sicut qn̄ aliq̄d ꝯstituitur ex absoluto ⁊ reuo totū ē respm ¶ Cōfirmatur. quia ꝑsona diuia simpl'r dicitur reua ¶ 2a diffi. Utrū dictio passiua dicatur in p̄mo modo dicēdi ꝑ se de uerbo nostro ¶ Dico ꝙ nō proprie. q̄ ēs ꝑ accn̄s unū ꝓprie nō habꝫ diffinitiōem ⁊ ꝑ ꝯn̄s nō est in ente ꝑ accn̄s p̄mus mod⁹ ꝑseitatis. pōt tamē dici large loquendo sicut albedo dicitur de homie albo i p̄mo dicēdi ꝑ se, ⁊ ita eodē modo rō dictiōis passiue large loquēdo dicitur in p̄mo° q̄ ex ea constituitur. ⁊ sic actus intelligēdi q̄ ex eo ꝯstituitur ¶ 3a diffi. Qualiter act⁹ dicēdi icluditur in actu itelligēdi. ¶ Dico ꝙ nō in p̄mo° eo ꝙ null⁹ respect⁹ ē de q̄dditate absoluti. sed nec in 2°. q̄ cū deus possit causare q̄cq̄d itellect⁹ noster pōt itelligē ⁊ gignere, tūc si deus causaret unū actū itelligēdi non diceret' uerbū, seq̄tur ergo ꝙ dictio sibi conueniat ꝑ accn̄s sicut radio solis accidit sua gn̄atio cū poterit cāri a deo, ⁊ tūc nō erit i eo gn̄atio ¶ 4a diffi. Utrū obiectū cuꝫ sit cā uerbi dicatur uerbū ¶ Dico ꝙ nō. naꝫ act⁹ itelligēdi duplicē habꝫ ꝓductiōem passiuaꝫ ⁊ duplicē respectū. ꝑ unū respectū refertur ad obiectū ut ad ptialē cām. ꝑ aliū ad intellectū agētem ut ad aliā cām ptialē. solū respect⁹ 2° ē formalis dictio. q̄ ꝑ dictiōem passiuam nihil refertur nisi ad id quod habet potētiā dictiuā. sola autē potētia itellectus habet potētiā dictiuā. dicere eiꝫ ē act⁹ uiuentis itellectual'r. 2a autē ꝓduc° est gn̄atio. Unde possum⁹ dicere ꝙ act⁹ itelligēdi dicit' ab itellectu sicut a causa ul'i. gn̄atur autem ab obiecto sicut a causa pti's. obiectum eiꝫ inq̄tū obiectū non est nature intellectualis. ideo ⁊c. ¶ 5a diffi. Utrū noticia a deo cāta in reuelatiōe alicui⁹ ueritatis possit dici uerbum. Dico ꝙ si a deo total'r causetur non potest dici uerbū. q̄ de⁹ non dicit ad extra sicut nec gn̄at. ⁊ ideo quod causat nō dicit'. 6a diffi. Utrū noticia reuelata ab āgelo alt̄i angelo sit uerbū ¶ Dico ꝙ sic. q̄ p̄ncipm cāturuꝫ ⁊ effectum reuelatiōis ab angelo fac

te ē memoria . sed omne ꝓductū a memoria ut sic ē uerbū , 7ᵃ diffi. Utrū act⁹ beatific⁹ sit Ƀbū , Dico ꝙ si poten⁹ itellectiua ꝯcurrat est uerbū , tamē tenēdo ꝙ causetur totaliter a uolūtate diuia . sicut credo ueri⁹ ⁊ nō a potentia itellectia creata : debet dici ꝯñter ꝙ nō est uerbū . ❡ 8ᵃ . diffi. Utrū de⁹ poterit aliquod uerbū causare ad ex̄ . ⁊ uidetur ꝙ sic. Quia q̄cq̄d pōt facere mediāte causa 2ᵃ . pōt ꝑ se . sed mediāte memoria potest ꝓducere Ƀbum . ergo ꝑ se pōt idē . Dico ꝙ de⁹ non pōt creare Ƀbum . q2 q̄cq̄d de⁹ causat ad ex̄ causat ꝑ uolūtatem . sed repugnat uolūtati dicere . ergo de⁹ ad ex̄ nō pōt dicere ⁊ sic non pōt total'r creare Ƀbum . ergo ⁊c̄ ❡ Cōfirmatur q2 Ƀbum ut Ƀbum . potētia intellectiuam respicit ut ṗncipiū sue dictionis . sed de⁹ ꝑ potētiam itellectiuā nihil causat ad ex̄ . ergo nihil causatū a deo poterit dici Ƀbum . q̄cq̄d sit illud ❡ Ad rōnem dico ꝙ fallit ⁊ habz ītantias ifinitas in respectib⁹ ꝓductionum , ꝙ autē habeat istantiā i respectib⁹ dictis ꝓbo . Primo in motu itelligētie certum ē ꝙ de⁹ sine itellectu posset mouere orbem . sed tamē ꝙ causet motū cū tali respectu efficiētis ad itelligētiā illud est impossibile nisi itelligētia causet . q2 nō aliter terminat illū respectū ❡ 2ᵒ hoc patz in gñatiōe radii genei a sole . Licz eiz posset de⁹ radiū absolute causare sine sole . tamē illud totū . s. illud absolutū radiū cū respectu effectualitatis ad sole . posse causare sine sole ipossibile est.

❡ Dico ergo ꝙ oēm actū intelligēdi quē pōt intellect⁹ causare pōt deus sine itellectu . sed actū intelligēdi cū respectu dictiōis passiue que duo ꝯstituūt uerbū nō pōt causare sine itellectu . cū dictio sit ad dicentem . ❡ Ad argumētum patet .

UTRUM Uerbum diuinum sit actualis noticia . ꝙ sic . q2 Aug. dicit ꝙ Ƀbum diuinuz est uisio de uisione . Cōtra . Ibidē Aug. dicit ꝙ Ƀbum diuinū est sba de sba . Substātia autē non est formal'r noticia actualis ❡ Hic primo uidēdum est q̄d sit uerbū diuinum ❡ 2ᵒ de quesito ❡ Quātum ad ṗmum pono istam regulā gñalem . ꝙ omne ꝯstitutū diffinitur ꝑ ṗncipia ꝯstitutiua . Hoc patz 4ᵒ ❡ Primo in ḡmatica . ubi oīo diffinitur ꝙ ꝯstat ex nomie ⁊ ex uerbo ❡ 2ᵒ in logica . spēs diffinitur q2 ꝯstat ex genere ⁊ dīa . ❡ 3ᵒ in natali phīa cōpositū diffinitur ꝑ materiā ⁊ formā . ❡ 4ᵒ i theologia xp̄us diffinitur ꝑ deitatē ⁊ humanitatē . de⁹ ⁊ homo un⁹ ē xp̄us ꝭᵐ Atha'ᵐ . Ista sic declarata accipio istā minorem . sed uerbū diuinū ꝯstat ex absoluto ⁊ respectiuo In diuinis autē absolutū est eēntia . oꝑz ḡ ꝙ Ƀbum diuinū ꝯstituatur ex essentia ⁊ relatiōe . non quacūqz . sed dictione passiua . Ƀbum ergo in diuinis est suppositū ꝯstitutū ex essentia ⁊ relatiōe . que tamē eēntia accipit dupl'r . uno° ꝓ natura diuia ut p̄scindit ab omni ꝑfectione et⁹ 2ᵃria qualia sūt attributa . alio° ꝓ essentia ꝓut ꝯtinet in se eēntialia ꝓut distiguntur a ꝑsonalib⁹ . nō uidetur hic accipi essentia 2ᵒ° sed p̄° ° . ⁊ hoc probo 4ᵒ .

❡ Primo sic ❡ Nullū ꝯstitutū potest ꝯcipi sine suis ṗncipiis ꝯstitutiuis . sed Ƀbum diuinū potest ꝯcipi sine quacūqz ꝑfectiōe attribuibili ⁊ nō pōt ꝯcipi sine essentia . ergo ⁊c̄ .

❡ 2ᵒ . Quādocūqz aliq̄d ꝯuenit alicui . p̄° eodē modo ꝯuenit omnib⁹ q̄bus ꝯuenit ꝑ illud : sicut habere . 3 . eodē modo ꝑ se ꝯuēit ysocheli ⁊ triāgulo . sed attributa insunt ꝑ se 2ᵒ° eēntie diuie ⁊ nō insunt ꝑ se suppositis nisi ꝑ essentiā . ergo ꝑ se 2ᵒ° insunt suppositis . ❡ 3ᵒ . Sicut risibile ad sortē ita ꝑfectio attribuibilis ad suppositū . sed risibilitas non ꝯstituit sortē intrisice . ergo respicit obiectū ut terminatiuū ❡ 4ᵒ . Illud nō ꝯstituit suppositum quod aduenit supposito constituto . sed attributa sunt huiusmōi . ꝓbo . ꝓ quocūqz signo formale ꝯstitutiū est in aliquo quod potest esse fundamētale ꝯstitutiuum . ꝓ illo signo est suppositū ꝯstitutū . sed ꝓ aliq° sig° relatio pri⁹ est in essentia ꝙ itelligatur esse in attributis , ergo pri⁹ ꝓ aliquo signo suppositū est ꝯstitutū ꝙ attributa fundēt ipsuz formale ꝯstitutiuū ❡ Cōstat autē ꝙ eēntia potest eē ṗncipiū fundamētale ꝯstitutiuum .

❡ Sed ꝯtra hoc instatur 4ᵒ ❡ Prīo sic . Eēntia ꝯpatur ad Ƀbum ut generale ṗncipium , intellect⁹ autē ut ꝓpriū . Tunc sic . Illō q̄ est magis ꝓpriū Ƀbo , est magis de intrifica rōne uerbi . sed itellect⁹ ē magis ꝓpriū Ƀbo

q̄ essentia.ergo ⁊c. ¶ 2° sic. Naȝ nõ inuenit Aug.sic dixisse q̄ ỽbum ē essentia genita. ⁊ tamē dicit q̄ ē sapiētia genita ¶ 3°. Etiaȝ bene dicit Aug.q̄ est noticia genita. nõ pōt autē dici q̄ sit essentia genita. ergo ꝯstituit ex attributis ¶ 4°. Uerbum ꝯstituitur ex actu dicēdi ⁊ sbstrato.sed oīa attributa sūt abstrata. pbo. q̄ꝛ omne absolutū q̄d cōicatur filio ē substratū dictiōi passiue.sed oīa attributa cōicātur uerbo ⁊ sunt absoluta. ḡ ⁊c. ¶ Ad p̄mum dico q̄ quādo magis proprīū ⁊ min⁹ ꝓpriū sunt ābo de q̄dditate.magis ꝓpriū magis ꝯstituit. sicut aīal ⁊ rōle r^u hominis. Sed quādo min⁹ ꝓpriū est ō q̄dditate ⁊ magis nõ, tūc ē falsa illa ꝓpō sicut hic aīal ⁊ risibile respectu hominis. Ad ꝓpositū dico q̄ licȝ itellect⁹ sit magis aꝓpriatus q̄dāmmō uerbo q̄ essentia.nõ tamē est de q̄dditate suppositi uerbi. q̄ꝛ nõ cōuenit uerbo nisi mediāte essentia. essentia autem ꝯuenit in 2° dicēdi p se.ergo ⁊ uerbo sic ꝯueniet. ¶ Ad 2^m ⁊ 3^m simul dico q̄ tr̄e potest dici sapīa genita ⁊ noticia genita ⁊ nõ eēntia Primo.q̄ꝛ ista nõ sunt eque abstracta sicut essentia.⁊ rōne illi⁹ quod ꝯcernūt quod non ꝯcernit essentia,genitum potest dici de eis. Alio°.q̄ꝛ aliqua sunt cōia ⁊ nõ ꝓpria nec appꝓpriata ⁊ de istis nõ dicūtur ꝓpē loquendo ipsa ꝓpria.aliqua autē aꝓpriata.sȝ nõ ꝓpa Aliqua autē sunt mixta ex ꝓprio ⁊ aꝓpato huiusmōi autez sunt noticia genita ⁊ sapīa gēita. ⁊ hu⁹ᵗ possunt melī⁹ ⁊ rōbili⁹ dici de p̄sona q̄ illa de p̄mo° uel 2° ¶ Ad 4^m dico q̄ licȝ attributa haberēt uiȝ ꝯstitutiuā.q̄ꝛ tū pintelligitur dictio aduenire essentie q̄ attributis.hinc est q̄ attributa constituere non possunt. q̄ꝛ aduenīūt supposito iā ꝯstituto sicut dictū fuit de spiratione actiua dato q̄ haberet uim ꝯstitutiuā nõ ꝯstitueret. q̄ꝛ iaȝ ꝯstitutū est. ¶ Quātum ad 2^am pticulam questiōis uidēdū ē. Utrū uerbū diuinū sit itellectio actualis. et q̄tum dicūt aliq̄ q̄ nõ Distiguūt eīȝ p̄mo q̄ duplex ē noticia.s. habitualis ⁊ actualis. Habitualis ē illa que ꝯsistit in actu p̄mo qui ē potētia habēs obiectum p̄sens ⁊ habitū pfectū ¶ Actualis autē est illa que ꝯsistit in actu 2° sicut p̄mus actus est scire. 2⁹ uero considerare. ¶ Dicūt ergo

isti q̄ ỽbum diuinū nõ ē actualis noticia eo q̄ talis non sit in diuis ¶ Actus autē 2⁹ q̄ ē opari. i deo esse nõ pōt. primo. q̄ꝛ oīs actus 2° ē elicit⁹ a p̄mo.in deo autē nulla pfectio ē elicita.ergo ⁊c ¶ 2°. q̄ꝛ omnis act⁹ 2⁹ recipitur in aliquo.in deo autē nulla ē receptio.ḡ ⁊c. ¶ Sed istud stare nõ pōt.q̄ꝛ fl'm supponit.s.q̄ act⁹ 2° non sit in deo ¶ Primo. q̄ꝛ actus 2ⁱ trāseuntes non negātur a deo.mltomīt⁹ imanētes. ꝯña patȝ. q̄ꝛ imanentes pfectiores sunt trāseuntib⁹ ¶ 2°. Felicitas omnis nāē itellectualis ꝯsistit in actib⁹ 2^is scilȝ iter eligere ⁊ uelle.ergo sunt in deo. Et ꝯfirmatur.q̄ꝛ p istum modū possent negari a deo omnia attributa cū singula i creaturis iueniātur cū aliqua ipfectione. sed q̄ꝛ hoc ē p accñs.ideo non debet negari act⁹ 2⁹ nec attributa. ¶ Rōnes etiā nõ ꝯcludūt ¶ Pria non.q̄ꝛ act⁹ 2⁹ nūq̄ ē elicit⁹ nisi ubi realr̄ est distinctio q̄ non est in deo ¶ Nec 2^a. quia actus ⁊ attributa sunt in essentia sicut i fundamēto ⁊ non sicut in receptiuo. ¶ Pono ḡ 4^or ꝯclusiōes ¶ Prima ē q̄ ỽbū diuinuȝ ē actus itelligēdi inat⁹ ⁊ nõ elicit⁹. hoc pbo sic.q̄ꝛ ỽbum ē actus itelligēdi diuin⁹.sȝ oīs act⁹ itelligēdi diuin⁹ ē inatus ⁊ nõ elicitus. ergo ⁊c. ¶ Maior patebit iferi⁹ ⁊ patȝ. q̄ꝛ omne essentiale p̄dicatur de quacūq̄ꝫ p̄sona. Minorē declaro prime q̄ nõ sit elicit⁹. Naȝ omnis actus intelligēdi diuin⁹ est in patre. hoc patȝ.q̄ꝛ unic⁹ act⁹ itelligēdi ē in diuinis ⁊ ille ē in patre. sed nihil ē in patre elicitum. ergo ⁊c. q̄ sit inatus patȝ sic. oīs pfectio simplr̄ est essentie diuine inata ¶ 2^a ꝯclu° est.q̄ ỽbum diuinū non ē act⁹ talis itelligēdi formalr̄ sed idētice. quia quando aliqua ita se habēt q̄ unū p̄dicatur de alio i abstracto ⁊ non in p̄mo°. illa sunt idē idētice ⁊ non formalr̄. sed ostēsum ē prius q̄ act⁹ itelligēdi non dicitur de supposito in p̄mo° sicut nec uerbū est essentia.ergo cū ista sit uera ỽbuȝ est actus itelligēdi ⁊ nõ in p̄mo° habet ꝓpositum ¶ 3^a ꝯclusio ē q̄ ỽbum diuinū non ē actus itelligēdi ꝓprie sed aꝓpriate. ⁊ hoc ꝓbatur sic. Quod ꝯuenit omnibus p̄sonis uniformiter non dicitur de aliqua p̄sona ꝓprie.huiusmōi ē actus itelligēdi resp^u uerbi sicut amor respectu sp̄ussancti. ¶ 4^a ꝯclu°

est q verbum diuinũ ẽ act⁹ a ꝓpriate non ex
ꝓprietate ꝓductiõis sed rõne sue emanatio
nis passiue. Aliter eĩ a ꝓpriatur vbo sa
piẽtia ⁊ aliter noticia itellectualis. Dicitur
eĩ a ꝓprietate sapiẽ. q2 sapiẽ concurrit ad
ꝓducendum ipm verbum. sed dicitur actualis
noticia rõne emanatiõis passiue. q2 eo⁹ ꝓce/
dit sicut actualis noticia. s. p actum dicendi
sicut pars in creaturis ubi nihil dicitur nisi
act⁹ itelligẽdi. ¶ Sed hic oriuntur alique
diffi. Prima est. que sunt que a ꝓpriata sũt
uerbo. Dico q notitia. ars. sapiẽtia. ueritas
⁊ breuiter quecũq3 analogiã habẽt ad itel/
lectum a ꝓpriãtur uerbo. sicut que ad uolũ/
tatem a ꝓpriãtur spũ sancto. ¶ 2ᵃ diffi. est
uidere que sunt uerbo ꝓpria. Dico q gñã
ti ¶ uerbũ uel uerbatio passiua. natiuitas.
ymago s̃m Aug. 3ᵃ diffi. Utrũ illa a ꝓpria⁹
ortũ habeat a natura rei. an solũ ab intelle/
ctu nostro fingatur uel fabricetur. Dico
q ex natura rei. Sapiẽ eĩ ex naẽa rei a liũ
ordiem habet ad⁹ filiũ quẽ ñ habz ad alias
ꝑsonas. Nulli⁹ eĩ est ꝓncipiũ ꝓductiuum
nisi uerbi ⁊ ideo sibi a ꝓpriatur. q2 sic inenit
in re. eodemmodo de caritate respectu spũs
sancti. ¶ 4ᵃ diffi. Si omnia que sunt i uer
bo ꝓpria ei sint idẽ ¶ Dico q si ponam⁹ ge
nerationem ⁊ filiationem eiusdem rõnis esse i
deo ⁊ in creaturis opz dicere q differũt i ho
formal'r sicut i creaturis. Ad argumen/
tum patet.

UTRUM Uerbũ s̃m eandẽ rõem
formalẽ dicatur de deo ⁊ creatura.
Hic itroducitur una opinio. Di/
citur eĩ q non. q2 verbum diuinũ ẽ de gñe
sbe. verbum autẽ creatũ de gñe qualitatis. g
non sunt eiusdẽ rõnis. ¶ Cõtra istã opioem
arguo 4ʳ ¶ Primo sic. Aliqs põt eẽ certus
q omnia p verbum facta sunt. qñ sails reci/
pit euãgeliũ ⁊ cũ hoc dubitare utrũ p verbum
creatũ uel icreatũ. hoc de facto pz i Arriãis.
¶ 2ᵒ sic. Quicqd ꝯuenit uerbo creato, inqtũ
verbum ẽ ꝯuenit ⁊ diuio. si eĩ aliquid detur
ꝯuenire uni quod nõ alti. hoc nõ erit inqtũ
verbum sed ꝓpter aliã rõem. sed quecũq3 ita
se habẽt sunt eiusdẽ rõnis cũ ista reduplica/
one. ergo ¶ 3ᵒ. Quecunq3 ita se habent q
qcqd repugt uni inqtum talẽ repugnat alti
inqtum tale illa sunt idẽ in illa rõne super
quã cadit reduplicatio ⁊ repugnãtia. s3 h⁹
sunt verbum diuinũ ⁊ creatum inqtũ verbum
sunt. ergo ⁊c. ¶ 4ᵒ sic. Ubi ꝓncipiũ eiusdẽ
rõnis ⁊ ꝓductio eiusdem rõnis ibi ꝓducibi
le eiusdem rõnis. sed memoria fecũda que
est ꝓncipiũ ꝓductiuũ uerbi est eiusdem rõnis
in deo ⁊ in creaturis. ergo verbum qd utrobi
q3 ꝓducitur est eiusdẽ rõnis utrobiq3. Di
co ergo q uerbũ diuinũ ⁊ creatũ sunt aliq⁹
eiusdẽ rõnis formalis i deo ⁊ i creatura ut
ꝓbant rõnes adducte. ⁊ breuiter oẽs que cõ
cludũt de ente ¶ Sed ꝯtra hoc istatur 4ʳ.
Primo. Quãdo aliqd itrisice ꝯstituitur ex
aliqᷓbus. uariato alio ꝯstituẽtium uariatur
totũ. sed verbum creatũ ꝯstituitur ex actu in
telligẽdi ⁊ dictiõe passiua. in deo autẽ ex es/
sentia ⁊ dictiõe. ergo aliã ps uariatur. 2ᵒ.
Respect⁹ non solũ uariantur ex tminis sed
etiã ex fundamẽtis cũ ab utrisq3 depẽdeãt.
sed dictio passiua que est cõstitutiua uerbi
habet fundamẽtum aliud i deo. q2 eẽntiam
aliud i creatura q2 actũ itelligẽdi. g uariat.
¶ 3ᵒ. Sicut act⁹ itelligẽdi diuersificantur
ex diuersitate obiectorũ ita ⁊ uerba. sed ob
iectum uerbi diuini non est eiusdem rõis cũ
obiecto uerbi creati. q2 ibi essentia diuina h
iterdum lapis. ergo nõ sunt eiusdem rõnis.
¶ 4ᵒ. Quãdo aliqua sunt eiusdem⁹ rõnis
qcqd dicitur i qd de uno ut sic ⁊ de alio. sed
act⁹ itelligẽdi dicitur in qd de vbo creato ⁊
nõ de uerbo diuio ut patuit sup. ergo non
sunt eiusdem rõnis formalis ¶ Ad ꝓmum
dico q illa ꝓpõ est uera ul'r in ꝯstitutis p se
sed p accñs ꝯstitutis nõ ẽ uerã. nam in illis
que sunt p accñs totũ stat eiusdẽ rõnis for/
malis: Ex⁹ ¶ Nam albũ est eiusdẽ rõnis
formalis i lapide ⁊ i ligno. sed verbum non
est aliquod ꝯstitutũ p se. ideo nõ ualet ¶ Ad
2ᵐ dico q sicut i creaturis act⁹ itelligẽdi di/
uersificatur spẽ. ita ⁊ dictiões passiue que in
eis fundãtur. tamẽ i rõne cõi ꝯueniũt licet ñ
in rõne specifica. Eodem⁹ dico q vbũ di/
uinum ⁊ creatũ nõ sunt eiusdẽ rõnis spẽci⁹.
sed tñ ꝯueniũt i rõne cõi. ¶ Ad 3ᵐ dico per
idẽ: Non. n. uolo dicere q verbum diuinum
sit eiusdẽ rõnis specifice. sed tñ cõueniũt in

rõne gñali verbi ⁊ hoc nõ ꝓbat argumẽtũ. sed solũ de identitate specifica. ¶ Ad 4^m dico ꝙ i^a que sunt eiusdẽ rõnis specifice eadẽ ꝑdicata q̃dditatia habẽt. modo dico ꝙ verbum diuinũ ⁊ creatũ non sunt huiusmõi. tñ inq̃tum sunt eiusdẽ rõnis illa ꝓpõ ẽ vera. Dico eciã ꝙ act⁹ itelligẽdi nõ dicitur de ꝟbo creato inq̃tum ꝟbum est sed inq̃tum tale. Sed hic est diffi. Que est illa rõ gñal' verbi in qua omnia ꝯueniũt ⁊ sb qua rõne actus itelligẽdi itrat rõem verbi creati ⁊ nõ verbi inq̃tum ꝟbum est. hoc ẽ querere que est illa rõ addita verbo in gñe. ¶ Dico ꝙ sicut rõ formalis albi inq̃tum albũ est est ꝙ sit disgregatiuũ. ⁊ illud nõ variatur siue albũ sit in lapide siue in cigno. sed semꝑ ẽ eiusdẽ rõis inq̃tum albũ est. sic i ꝓposito esse ꝓductus denomiatiue ꝑ actũ dicẽdi est rõ cõis verbi. ¶ Ad argumetum patet.

Utrum In diuinis sit ꝟbum essentiale. ¶ Hic dicẽdum esset ſ^m ꝙ dictum fuit i ꝑoribus q̃õnibus de verbo. Qui eciã dicũt ꝟbum esse noticiã declaratiam habẽt dicere ꝙ sic. Nã quelibet ꝑsona habet noticiã ꝑfectã de essentia diuia. Simil'r q̃ ponũt ꝟbum esse spẽm itelligibilem habẽt idẽ dicere. qꝛ i qualibꝫ ꝑsona est eadẽ exẽplaritas. Eodẽ modo de q̃dditate. qꝛ i qualibꝫ ꝑsona ẽ q̃dditas itelligibilis. Simil'r de esse cognito quod est in qualibꝫ ꝑsona ¶ Sed iste opiniões stare nõ possunt de verbo sicut supius fuit ostẽsum. nec eciã q̃tum ad illud quod ꝯseq̃tur. s. ꝙ i diuis sit ꝟbum essentiale. nam illud videt' icõueniens. Primo. qꝛ ſ^m Aug. eo ꝟbum quo filius. sed in diuis non ponitur fili⁹ eẽntial'. ergo nec ponitur ꝟbum essentiale. ¶ 2°. Uerbũ non dicitur nisi respectu memorie. memoria ḡ haberet ẗminũ adequatũ i ꝟbo essentiali. ⁊ ꝑ ꝯñs non posset alteri⁹ ꝓducere ꝟbum notionale ¶ Ideo dico ꝙ i diuinis non ẽ verbũ essentiale. qꝛ ꝟbum est dictione passiua ꝟbum. sed dictio passiua ẽ ꝓprietas ꝑsonalis. ergo ⁊c. ¶ Sed oritr̃ alique diffi. circa ꝟbum ¶ Prima. si ꝟbum nascit' de omnib⁹ que sunt in memoria pr̃is. Dico ꝙ pater ⁊ fili⁹ possunt ꝯparari ſ^m duplicem ordinem. s. ſ^m ordinẽm essendi ⁊ ſ^m ordinem oꝑandi ¶ Dico ergo ꝙ ꝓ illo signo ꝓ quo ꝯpantur in esse de omnib⁹ que sunt in patre nascitur ꝟbum. ꝓ illo eciã signo nihil est in patre vel i memoria patris nisi illud quod ẽ deus formal'r vel realiter ¶ Sed ẽ ne ꝟbũ creature ¶ Dico ꝙ aliq̃d põt itelligi eẽ ꝟbũ alicui⁹ dupl'r. vel ꝑncipiatiue sicut dicim⁹ ꝙ ꝟbum est ꝟbum memorie. vel terminatiue sicut dicim⁹ ꝙ ꝟbum est ꝟbum lapidis.

¶ Dico ꝙ ꝟbum diuinũ non ẽ creature ꝑncipiatiue. qꝛ creatura non ꝑtinet ad memoriam patris ꝓ illo signo ꝓ quo ꝓducit verbum. sed solũ itellect⁹ ⁊ essentia. sed terminatiue. Dico ꝙ est solũ essentie ꝑncipiatiue non termiatiue. ¶ sed est ne ꝟbum diuinũ ꝟbum obiectiuũ. Dico ꝙ ꝟbum nostrum habet ꝯpatiõẽm duplicẽ ad obiectũ. s. ad obiectum ut ad ꝓductiuũ ⁊ ad obiectum ut ad ẗminatiuũ. ⁊ hui⁹ rõ est. qꝛ est essentialiter oꝑatio quedam. Oꝑatio autẽ ex eo ꝙ ꝓducta respicit ꝑncipiũ ꝓductiuũ. ex eo autẽ ꝙ oꝑatio respicit obiectũ ut ẗminatiuũ. qꝛ respectu alicui⁹ obiecti est oꝑatio. sicut visio 2ª alicui⁹ obiecti ẗminãtis est visio. ¶ Idcirco ꝟbum nostrũ habꝫ ipsum duplicẽ aspectũ ad oppositũ. Uerbũ autẽ diuinũ licꝫ sit ens ꝓductum ⁊ ideo respicit ꝑncipiũ ꝓductiuũ. qꝛ tamẽ non est essential'r oꝑatio sicut nec actus itelligẽdi. sed solũ essentia. hinc ẽ ꝙ nõ est obiectũ rõne qua ꝟbum nec rõne ꝓpria. ergo ⁊c. ¶ 2ª diffi. Utrũ ꝟbum diuinum respiciat volũtatẽ ut ꝑncipiũ ꝓductiuum.

¶ Dico ꝙ 4^{or} gña ꝟboꝝ iueniũtur i creaturis ¶ Quoddam eciã est ꝟbum quod non habꝫ nisi unũ ꝑncipium ꝓductiuũ sicut qñ potẽtia itellectiua cognoscit seipsam iuitiue ibi est eciã idẽ itellect⁹ ⁊ itellectũ. ¶ Aliud ẽ ꝟbum quod habꝫ duo tñ ꝑncipia ꝓductia sicut quãdo itellect⁹ nud⁹ habitib⁹ itelligit obiecta extrisica. qꝛ ibi ꝯcurrũt obiectum et potẽtia sicut ꝑncipia distincta ¶ Aliud est ꝟbum ad quod ꝯcurrũt 3^a. s. quãdo potẽtia habituata elicit actũ respectu obiecti extrinsici. qꝛ ibi potẽtia ⁊ habit⁹ sunt ⁊ obiectum que sunt tria distĩcta ꝯcurrẽtia. ¶ Aliud est ꝟbum ad quod concurrũt 4^{or}. s. qñ potẽtia habituata itellectiua itelligit obiectũ extrisicũ

ad impium uolūtatis . nam ibi concurrunt potētia ⁊ obiectū ⁊ habit⁹ sicut ad 3ᵐ . ⁊ ul/tra uolūtas in rōne itellectum mouētis ad actū ⁊ imparantis ei. ⁊ illud ỽbū est imparatum ⁊ de isto dicit Aug. q̄ ỽbū ē cū amore noti⁹ Ad ppositū q̄ntum ad ỽbum diuinū ɔcur/runt ista. s. itellect⁹ tāq̄ potentia dictiua . q̄a solus itellect⁹ ē dicere . 2ᵒ . Essentia in rōne obiecti . q2 licȝ obiectū nō dicat tñ itellect⁹ dicere nō pōt nisi obiecto ɔcurrēte . 3ᵒ con/currit sapia . omnis eiȝ potētia habituata potēs pducere habȝ habitū ɔpducētē . si 2ᵘ obiecti respectu cui⁹ est potētia pductia ha/beat habitum sicut declaratū fuit . Sed 4ᵐ ibi nō ɔcurrit. s. uolūtas. q2 ỽbum ibidē est naturale ⁊ p̄ueniēs oēm actū uolūtatis pro ductiuū , sicut eiȝ itelligere p̄cedit uelle ita pducere potētie itellectiue p̄cedit pducere uo/lūtate ¶ Sic ergo patȝ q̄ᵒᵈ respectu uerbi di uini nō concurrit ibi uoluntas ut p̄ncipium pductiuū . ¶ 3ᵃ diffi. Utrū ỽbum diuinū habeat respectum ad creaturam . ¶ Dico q̄ creature itelligimur habere quadruplex ec. scilȝ actualis existētie . ⁊ hᵒ i potētia obiectia ⁊ istoᵒ ỽbum diuinū nullū respectū actualē habȝ ad creaturā . q2 cū habitudo actualis actual'r depēdeat a t'mino nihil i ỽbo diui no est quod actual'r depēdeat ab eo q̄si ē ex. Sed aliud esse habēt creature in intellectu diuio. s. exēplariter . ⁊ 4ᵐ i uolūtate diuina scilȝ uirtual'r . ⁊ q2 bᵐ illud esse sunt idē q̄ ỽbum diuinū uel diffictā. hinc ē q̄ respectū distictiōis uel idētitatis habȝ ỽbum diuinū ad ista. nec hoc est magnū incōueniēs . sed ista nō sunt ppria uerbo ¶ 4ᵃ diffi. Utrū ỽbum respiciat creaturas que sūt i deo sicut p̄ncipiū ei⁹ pductiuū . ¶ Dico q̄ si uerbum respiceret creaturas que sunt in deo ut eius p̄ncipiū pductiuū hoc esset uel ut sūt i diuina uoluntate uirtual'r. ⁊ hoc nō . q2 ut dictum ē prius. uolūtas nō ɔcurrit nec aliq̄d q̄ō sit i uoūtate uel bᵐ eē existēs q̄ō habēt i itellectu ⁊ hoc nō. q2 sic ptinēt ad sciaȝ . Scia autē nō est p̄ncipiū pductiuū ỽbi diuini sȝ p̄cise sa/pientia. eo q̄ p̄cise pficit itellectū 2ᵘ obiecti ui⁹ respectu cui⁹ ⁊ a quo pal'r pducit̄ ỽbū ⁊ non scia. sed solū pficit itellectū ad extrin seca ¶ Uel posset dici ut ɔtinet̄ supereminēter in essentia diuina. ⁊ hoc non , q2 respect⁹ ad extrīsica est posterior omni habitudīe ad intrīsica ⁊ pri⁹ pducitur ỽbum q̄ȝ aliqua habitudo intelligatur i eēntia 2ᵘ creature .

¶ Distinctio 28ᵃ.

CIRCA Distinctionem 28ᵃᵐ. quero Utrū igenitū et inascibile sunt pprietates patris . q̄ non , q2 ɔueniūt spūisancto qui ē ingenit⁹ ⁊ inascibilis . ¶ Cōtra . Esse a se ē ppriū patri . sed eē ingenitū ē esse a se q̄ ⁊c . ¶ Hic 4ᵒʳ sunt uidēda ¶ Primo q̄d ē igenitum ⁊ inascibile ¶ 2ᵒ . utrū igenitū ⁊ inascibile habeāt distinctionem in psona patris . ¶ 3ᵐ est de ordine eoȝ adiuicem ¶ 4ᵐ si sunt pprietates patris quod ē quesitū . ¶ Quātum ad primū dicūt aliqui q̄ igenitum dicit plenitudiem fecūditatis ⁊ fontalitatis . ¶ Cōtra illud arguitur 4ʳ ¶ Primo. q2 plenitudo fecūditatis ē pfectio simplicit ⁊ p ɔñs omnib⁹ psonis cōis . sed igenitū rone ē cōe . ergo ⁊c ¶ 2ᵒ sic , Omnis plenitudo est in/finita. q2 q̄cq̄d est in deo q̄ntum ē ifinitum . sed omne ifinitum ē cōe trib⁹. ergo ⁊c ¶ 3ᵒ . Fecūditas intellect⁹ nihil aliud ē nisi uis pductiua ipsi⁹ intellect⁹ ¶ Uis aūt pductiua ē p se passio illi⁹ cui aduenit . Tūc sic. Ubi/cūqȝ est iuenire sbiectū est iuenire p se passionem . sed in filio est iuenire intellectū. ergo ⁊ uiȝ pductiuā. ⁊ sic in filio erit igenitum si ingenitū dicat illā plenitudiem . ¶ Simil'r 4ᵒ arguo eodem⁹ de fecūditate uolūtatis . q2 ipsa erit ubi uolūtas ⁊ sic erit in filio ⁊ spū sancto ⁊ sic igenituȝ ⁊ inascibile erūt i utᵒq; Et ideo dico q̄ ingenitum ⁊ inascibile nihil positiuū dicit in patre , Nam in patre non est nisi essentia ⁊ relatio . certū ē q̄ igenituȝ non est essentia. q2 tūc esset in filio . nec relatio. q2 non paternitas . q1 bᵐ Aug. si pater non generasset nihil phiberet ipsum esse ingenitū . nec ē spiratio actiua, q1 illa ē i filio ⁊ sic ingenituȝ esset in filio . relinq̄tur ergo q̄ sit rō negatia. sicut icorruptibile dicit negatiōem corruptiōis. ita inascibile negatiōe

natiuitatis ⁊ gñationis passiue. ¶ Sed ↄtra ista istatur 4ʳ. ¶ Primo sic. Nulla ipfectio debet poni in diuinis. sed omnis ꝑuatio dicit ipfectiõem. ergo nulla ꝑuatio debꝫ poni in diuis. ¶ 2°. Priuatio ponitur ad sinistram ꝑtem entis. positiuū ad dexteraꝫ. ergo positiuū dicit pfectiõem. ꝑuatio uero impfectiõem ¶ 3° sic. Priuatio dicit negationeꝫ in aptonato. sed deus negationem nullius habet quod sit aptūnatū haberi ab eo. ergo ꝑuatio aliqua non est in deo. ¶ 4°. Illud non est ponẽdum in deo quod eque ↄuenit nihilo. sed esse ingenitū ↄuenit nihilo. ergo ingenitū non est ponẽdum in deo. ¶ Ad primuꝫ dico ꝙ ꝑuatio que ꝑ se pfectiões ꝑuat. illa est que impfectiõem dicit. ¶ Circa quod sciẽdum ꝙ ꝑuatiões distiguūtur ꝺᵐ distinctionem positioꝝ quibus opponūtur. ¶ Quedam eīꝫ ꝑuatiões sunt que ꝑuāt pfectiones sicut ignorātia ⁊ nescīᵃ ⁊ ista dicūt ipfectionem. Alie sunt que ꝑuāt non pfectionem simplr̄ sed pfectiõem ꝺᵐ qd soluꝫ. sicut inanimatū Eīꝫ in. animatum licꝫ dicat pfectiõem tñ dicit pfectiõem ꝺᵐ qd ⁊ ideo eiꝰ ꝑuatio dicit ipfectiõem talẽ. ¶ Alie autẽ sunt que ꝑuāt impfectiõem sicut icorruptibilitas que corruptionẽ ꝑuat ⁊ iste dicūt pfectiõeꝫ ⁊ ponūť i deo eo ꝙ dicitur imortalis ⁊ silia. ¶ Alie sūt que priuāt illa que neqꝫ pfectiõem neqꝫ impfectionẽ dicūt. huiusmodi ē ingenitum qđ ꝑuat gñatiõem que nec pfectiõem nec ipfectiõem dicit. ⁊ talis bene potest poni in diuinis. Eodemꝰ dico ad 2ᵐ. ¶ Ad 3ᵐ dico ꝙ sūt 4ᵒʳ genera priuationū. Unde ꝑuatio est que est carẽtia in aptonato ꝺᵐ idẽ indiuiduū. sicut catulus idẽ nūo cecꝰ est aptꝰ uidere. ¶ Alia aūt est que non ē ꝺᵐ idẽ indiuiduū sed ꝺᵐ eandem spẽm. sicut homo cecꝰ inq̄tum homo ē aptus uidere non q̄tum hic homo. ¶ Alia est ꝺᵐ genus. sicut talpa est apta uidere inq̄tum aial non tñ inq̄tum talpa. ¶ Alia est ꝑuatio que est carẽtia in aptonato ꝺᵐ trāscendens sicut sbā ē indepẽdens inq̄tum sbā. sed tñ inq̄tuꝫ ens est apta depẽdere uẽ sic repugnat. quia accidẽti ↄuenit. ¶ Dico ergo ꝙ loquẽdo de ꝑuatiõe tribꝰ primis modis sic accipiendo priuatiõem inq̄tum huiusmodi nõ ponit in deo. Non primoꝰ. q2 quod possibile ē i deo totū est ibi in actu. Nec aliis duobꝰ modis. q2 deꝰ non ē in genere uel i spẽ. Sed 4ᵒ bñ sibi ↄuenit. Deꝰ eīꝫ dicitur icorruptibilꝰ nõ ꝙ p ꝑuatiõem gñis uel spẽi hoc sibi ↄueniat sed q2 inq̄tum ens. sibi nõ repugnat ⁊ ita p suū trāscendẽs. ⁊ sic dico in ꝓposito. ¶ Ad 4ᵐ dico ꝙ ingenitū dicitur 4ᵒʳ modis. Aut q2 nulloꝰ põt ei ↄuenire gñatio ꝺᵐ aliqd qđ sit in eo. istoꝰ solū nihil dicitur igenitum. q2 omne aliquid habꝫ in se aliquā rõeꝫ formalem cui gñatio nõ repugnat. Unde istomõ chimera dicitur ingenita. Aut q2 nullomõ põt sibi ↄuenire gñatio ꝓprie sumpta licꝫ bñ possit sibi ↄuenire gñatio sumpta cōmūiter scilꝫ gñatio sumpta cōiter ꝓ ꝓductiõe. ⁊ isto modo dicitur spūs sanctus ingenitꝰ. q2 ꝓprie non est genitꝰ ꝺᵐ Aug. de trini. ⁊ ita etiā angelus dicitur ingenitꝰ. q2 nulloꝰ gñari põt nec a deo nec a creatura accipiẽdo ꝓprie generatiõem licꝫ ꝓducatur a deo. ¶ 3ᵒ dicitur igenitum. q2 non põt ↄuenire gñatio simplr̄ ut. s. genito quod sed cū determinatione bñ. ut scilꝫ sibi ↄueniat ut ēmio formali gñatiõis ⁊ istoꝰ essentia diuina dicitur ingenitū. quia simplr̄ non gñatur. licꝫ sit bene ēminꝰ formalis gñatiõis diuie. ¶ 4ᵒ dicit ingenitū cui non potest ↄuenire aliquoꝰ gñatio accepta generalr̄ ꝓ omni ꝓductiõe. licet in eo sit aliqua rō cui passiua generatio nõ repugt. ⁊ istoꝰ sola psona patris dicitur ingenita. q2 nulloꝰ ꝓducta. sed tamen ei repugt inq̄tum psona uel inq̄tum ens. ⁊ istoꝰ non conuenit ipsi nihilo esse ingenitū. ⁊ sic patꝫ ad illud. ¶ Quātum ad 2ᵃᵐ ꝑtem pricipalem istius q̄onis opꝫ uidere utrū igenitum ⁊ inascibile habeāt distictiõem i psona patris. Et si queratur de idẽtitate reali eoꝰ quo ꝑuatiõibus potest ↄpetere. ¶ Dico ꝙ sic. q2 uniꝰ positionis realr̄ est tm̄ una ꝑuatio realr̄. sꝫ gñatio ⁊ natiuitas est una ꝓprietas realr̄. q2 si nõ in filio essent diuerse res. ergo ⁊ ꝑuationes eaꝝ sūt eedẽ. Si aūt querat questio de distinctione aliquali ex natura rei licꝫ nõ reali. sꝫ modo cōi formali. Hylariꝰ uidetur dicere ꝙ sic. ¶ Ubi sciẽdum ꝙ iste rõnes abstrahunt a seiuiceꝫ ⁊ se habẽt ꝺᵐ sub ⁊ supra. ¶ Prio. s. natura itellectualis ¶ 2° natura uiuẽs ¶ 3° natura sbalis ¶ 4° natura uniuꝰ. ¶ Omnis

eiꝫ natura ītellectualis ē uiuēns. nō autē omnis natura uiuēs est intellectualis. ficut bos uiuēs natura est. tamē nō ītellectualis. Omnis autē natura uiuēs est ſbalis non tñ ꝯuerſo. qꝛ ignis est natura ſbalis non tamē uiuēs. Omnis natura ſbalis est natura ac/ cepta in uli non tamē ꝯuerſo. qꝛ accidēs est natura accepta in uli non tamē ſbalis. ⁊ ſic iſta abſtrahūt a ſeiuicē ſic ꝓductiones ꝯñtes abſtrahūt. Nam ꝓductio in natura itelle/ ctuali est dicere. in natura autem uiuēte est naſci. ⁊ ſicut natura uiuēs abſtrahit a na/ tura ītellectuali, ita natiuitas abſtrahit a di ctione. in natura autē uli ē ꝓductio uniuer ſaliter ſumpta ⁊ ſic abſtrahūt a ſeipſis. ſꝫm autē iſtū modū ſꝫm quē abſtrahūt iſte ꝓducti ones ⁊ una ab alia ꝑcīditur. ſic ſuo° nega/ tiōes iſtaꝝ ꝓductionū. ¶ Sicut ergo gñatio ⁊ natiuitas ſunt due rōnes formales ⁊ iter ſe diuerſe. ſic ingenitū qđ ē priua° gñatiōis ⁊ inaſcibile quod ē priuatio natiuitatis. ha/ bent aliqualē diuerſitatē uel differentiā eo° quo priuatiōes poſſunt habere. ¶ Sed ħ ſunt diffi. ¶ Prima est. ſi ſola pſona patris habet priuatiōes. ¶ Dico ꝙ nō. qꝛ ſpiritus ſanctꝰ habet nō ꝓductiuitatem. est eīm non ꝓducēs. ſed filiꝰ nullā ꝓpriam negatiōem habet. qꝛ omnis negatio que ſibi ꝯpetit uł ꝯuenit patri uel ſpūiſancto. 2ª diffi. Qua/ re negatiōes ſpūiſancto nō ſunt notiones. ¶ Dico ꝙ qꝛ ad dignitatē ꝑtinēt. nō dico ad ꝑfectionē. qꝛ aliqª ad dignitatē ꝑtinēt que non ad ꝑfectiōem. ¶ Quārum ad 3ᵃᵐ ꝑti culam pricipalē ē uidēdum quē ordinē hñt iſte ꝑuatiōes adiuicē. ¶ Ad cuiꝰ euidētiam est uidēdum ꝙ qñcūqꝫ duo poſitiā abſtrahūt a ſeiuicem ſicut ſupiꝰ ⁊ inferiꝰ. negaº īferio/ ria abſtrahit ⁊ ē prior ſꝫm ꝯñam negatione ſupioris. cū ergo ſꝫm ꝑdicta gñatio ſit ſupe rior ad natiuitatē. negatio neceſſitatis que est inaſcibile erit prior ⁊ ſupior ad negatio/ nem gñatiōis que est ingenitū. Hoc ꝓbaꝫ dupł'r ¶ Prio logice ſic. Priꝰ ē ſꝫm logicaꝫ a quo non ꝯuertiꝫ ſbſiſtendi ꝯña. ſꝫ nō ſeqꝫ non homo. ergo non aial. ꝯuerſo aūt bene non aial ergo nō homo. ergo ſeqtur ꝙ nega inferioris cuiuſmōi ē inaſcibile ſit prior ne/ gatiōe ſupioris. ſ. ingenito ¶ 2ᵐ hoc idem

oſtēditur phiſice ſic. Quādo ſunt duo ꝑua tiue imediate oppoſita. ꝗto poſitiuū plꝰ extē ditur tāto ꝑuatiuū magis artatur. ſic ꝗto plures ſunt homies uidētes tāto pauciores ſunt cecitates. ⁊ ꝗto illud minꝰ tanto hoc magis dilataꝫ. ſꝫ genitū ⁊ natū ſūt poſitiā quoꝝ unū magis extēditur ꝗ aliud. ſ. geni tum. ergo eiꝰ ꝑuatio magis artatur. Natū aūt minꝰ extēditur. ergo eiꝰ priuatio magis dilatatur. ergo priuatio geniti que ē igeni tum magis artatur ⁊ minꝰ extēditur ꝗ in/ naſcibile que est priuatio natiuitatis. ergo inaſcibile in plꝰ ſe habet ꝗ ingenitū. ſic pꝫ manifeſte in nō homie ⁊ nō aiali. ¶ Quātū ad 4ᵐ pricipale uidēduꝫ est. ſi ingenitum ⁊ inaſcibile ſint ꝓprietates patris. hoc facit diffi. qꝛ eſſentia dicitur ingenita. pſona ſpūs ſancti dicitur ingenita. pſona etiam patris dicitur igenita. ⁊ 4° tota trinitas. ¶ Dicit ſicut dictū fuit ſupꝰ in prima ꝑticula ꝗnīſ accipiēdo igenitū uel inaſcibile ꝑ eo cui non ꝯpetit ꝓduci aliqua ꝓductiōe. nec ut quo nᵉ ut quod nec ſꝫm aliquid ſui. Sic ingꝫ accipi/ endo ſunt ꝓprietates patris. qꝛ iſto° ſlt i cō uenīūt. Nam pater a nullo ē ꝓducibił ali/ qua ꝓductiōe. nec ut quo nec ut qđ nec ſꝫm aliquid ſui. Alijs aūte nō cōueniūt ita oīa. nam ſpūiſancto cōuenit ꝓduci aliqª ꝓdu/ ctiōe. eſſentie ꝯuenit ꝓduci ut quo. trinitati ꝯuenit ꝓduci ſꝫm aliquid ſui. ¶ Relinqtur ꝗ ꝙ ſunt ꝓprietates patris ¶ Sed hic oriunꝫ diff. ¶ Pria est. quō priuatio pōt eē ꝓpria alicui quod ſit in deo ¶ Propterea hꝰ dixe/ runt aliqui ꝙ iſta non dicūt priuationes ſed poſitiua quedā ¶ Sed illud nihil ualet ut pa tuit ſupꝰ. ¶ Primo. qꝛ ſi nō eſſe ab aliquo diceret aliquid poſitiuū in patre. illud neceſ/ ſario eſſet uel abſolutū uel relatiuum. non poteſt eſſe niſi relatiuū. qꝛ ꝓpriū ē. ſed oīa huiuſmōi reſpectꝰ in patre est reſpectꝰ origi nis. ergo in patre ꝑter originē actiuā ē reſ/ pectꝰ origina qui nō poſſet eē niſi paſſiue. ⁊ ſic pater diceretur eſſe originatꝰ a ſe uł ab alio. ſꝫ a ſe magis. qꝛ dicūt ꝙ a ſe ē poſitiꝫ. ¶ 2°. qꝛ in diuinis non ponuntur niſi 4ᵒʳ relatiōes ⁊ unū abſolutū. tunc eēnt neceſſa/ rio qnqꝫ ¶ 3°. Quia ſꝫm Aug. 5° de trini. cū dicimus patrē igenitū nō qđ ſit ſed quid

nõ fit designat · ergo nõ est positiuũ ¶ 4° sic
q2 tũc esset una inascibilitas positiua pte ꝛ
alia negatia in patre ¶ Aliq̃ autẽ uolũt di/
cere ꝙ non ẽ ponẽda priuatio in deo. q2 apti
tudinẽ dicit in sbiecto. hoc autẽ dicit ipfectio
nem³ ¶ Sed illud nõ põt stare ¶ Prio. q2
in deo est carẽtia depẽdentie ƀm quã dicitur
indepẽdens. cũ ibi nõ sit aliqua depẽdentia.
ꝛ tamẽ deo iq̃tum ens est. non repugnat de
pendere. ¶ 2°. q2 ĩ deo est carẽtia finis ƀm
qui accipitur rõ infinitatis cũ ĩfinitas nege
tur ab eo. tamẽ deo inq̃tum sba non repugt
finiri ¶ 3°. q2 tũ dicitur de⁹ ĩcorporeus si
illa ĩcorporeitas esset positiua. esset ibidem
duplex ĩcorporeitas. una positiua quã ponũt
ꝛ alia negatiua ¶ Nam null⁹ potest negare
q̃n in deo sit uere negatio uel carẽtia forme
corpalis. nam rõni formali sbe que in deo
est ex se nõ repugnat esse corporeũ ¶ 4°. q2
si g impossibile de⁹ esset colorat⁹ stantibus
omnib⁹ positiuis que sunt in eo formaliter
non esset ĩuisibilis ocul' carnis. ergo p aliqᷓ
positiuũ non est nũc inuisibilis. sed p solam
carẽtiam coloris ¶ Dico ergo q̃tũ ad istã
diffi. ꝙ in deo uere sunt priuationes multe
large sumendo. sicut accipitur priuatio quã
dicit aptitudiem rõne trãscendentis ut dice/
batur supius in 4° ¶ De⁹ tamẽ sub ratiõe
ppria non est apt⁹ nat⁹ ad aliqd quod non
habeat. Si dicas tu supponis ꝙ ĩfinitas di
cit negatiõem ꝛ tamẽ dicit modũ extrĩsicũ.
simil'r incorporeũ qᷓ ẽ dĩa de genere sbe.
¶ Dico ꝙ tã infinitas q̃ incorporeũ q̃nĩ ad
rõnes formales coꝝ dicũt priuationes que
uere sunt in deo suo modo essendi ꝛ dicunt
de deo. sed tamẽ p istas negatiões uel priua
tiones bene circũloquimur aliqua positiua
utpote p ĩfinitatẽ q̃titatẽ uirtutis. p ĩcorpo
rea n dĩam spũalitatis que est positia ĩ deo
ꝛ creatura ¶ Si dicatur ꝙ necessario in deo
erit aliqd impfectũ. s. rõ illa trãscẽdẽtis que
habet aptitudiem ad habẽdum quod nõ ha
bet ¶ Dico ꝙ ibi nihil dicitur impfectum
pпter rõem deitatis aduñctam que oĩa ꝯtinꝫ
supeminẽter. Nec etiã rõ sbe in ãgelo dicitur
impfectior eo ꝙ nõ habꝫ illud qᷓ sibi ƀm se
non repugt. q2 talis repugnãtia est ratione
melioris adiuncti ¶ Sed differunt' ne iste
priuationes a negationibus. ¶ Dico ꝙ non
formaliter ut pcindũt ab omni fundamẽto.
q2 ut sic utrũqꝫ dicit solã carẽtiam. tñ priua°
ꝯcernũt fundamẽtum aptũnatũ ꝛ nõ nega°.
unde sub rõne trãscẽdẽtis ponũtur iste nega
tiones in deo ¶ 2ª diffi. Quod ẽ funda/
mentum hui⁹ negatiõis. s. ingeniti uel inas/
cibilis ¶ Dico hic 4ᵒʳ ꝯclusiões negatias:
Prima ẽ ꝙ inascibilitas nõ fundatur super
essentiã. q2 in quocũqꝫ ẽ fundamẽtum priua
tionis ꝛ ipsa priuatio. sed in filio est eẽntia.
ergo esset ibi inascibilitas. ꝛ sic duo opposi
ta in eodẽ supposito ¶ 2ª ꝯclusio est ꝙ nõ
fundatur sup paternitatẽ. q2 paternitati ñ
repugnat ex se esse tũ inascibilitate ex sua ra
tione formali ut i creaturis patꝫ. Et etiaꝫ
ingenitũ potest esse sine paternitate. quia si
pater nõ genuisset nihil phiberet ipsum esse
ingenitũ ƀm Aug. ¶ 3ª ꝯclusio ꝙ nõ fundat
ĩmediate sup essentiã ꝛ paternitatem simul
sumptis. q2 distictoꝝ fundamẽtoꝝ forma/
liter sunt distĩcte priuatiões formal'r. cũ priua/
tiones distiguantur ex terminis ꝛ ex funda
mentis. ¶ 4ª conclusio ꝙ ĩnascibilitas non
fundatur pmo sup totã psonã. quia q̃cquid
attribuitur⁹ psone patris attribuitur⁹ ul' rõ:
essentie uel rõne r'onis ¶ Simil'r cõiter nõ
dicitur ꝙ psona sit aliud ab essentia ꝛ pro/
prietate simul sumptis. non ĝ põt fundari
in psona si in eis non põt fundari. ¶ Dico
ergo ꝙ ingenitũ ꝛ inascibile fundantur sup
pmitatẽ originis que est in psona patris.
Et hoc pbo sic. Super illud fundaẽ priua°
quo posito ponitur ꝛ quo sblato aufertur.
sed isto° ẽ hic. supposito eiꝫ habẽte pmitatẽ
originis ex hoc ꝙ in tali signo est. sibi repu/
gnat esse ab alio. tũc eiꝫ esset ĩ 2°. Circũscrip
to autẽ signo. s. pmitate originis. sibi nõ re
pugnat esse ab alio tũ statim positũ in alio
signo sit ab alio. ergo ꝛc ¶ Intelligendum
tamẽ est ꝙ alique negatiões ꝯueniũt p accñs
sbiecto sicut hic. homo non ẽ alb⁹. nam ab
eo põt auferri ista nega° ¶ Alio° sicut ĩferi⁹
accidit supiori. sic aĩalitati in asino accidit ir
rõnabilitas ¶ Alio° p se sed nõ ꝯuertibiliter
sicut incorporeũ ãgelo ¶ Alio° p se ꝛ ꝯuerti
biliter. sicut incorporeitã a spũi. ¶ Dico ĝ
ꝙ licꝫ inascibilitas possit aliqb⁹ aliis ꝯpetẽ

p̄ mis trib⁹ modis. 4° tamē modo conuenit pcise p̄uatati originis. ¶ 3ª diffi. quare sola inascibilitas dicit notiōem cū i diuinis sint multe alie p̄uatiōes ¶ Dico q̄ ad ratiōem p̄pria notiōis 4ᵒʳ requirūtur ¶ Primo q̄ sibi non deficiet q̄ sit positia nec p̄uatia. nam 4ᵒʳ r̄lones sunt que sunt positiue ꝛ tamen sunt de nūo notionū ¶ 2° q̄ illud non sit cōe trib⁹. ꝛ ideo īfinitas ꝛ icorporeitas nō sunt notiōes eo q̄ omnib⁹ ꝯueniūt ¶ 3° q̄ sit p̄pria uni soli p̄sone ꝛ ideo spiratio actia non est notio ¶ 4° q̄ importet dignitatem ꝛ ideo īproductiuitas que est p̄pria spiritui sancto accipiēdo eā ad intra nō ponit notio. ꝛ q̄ inascibilitas omnia ista habz. hinc ē q̄ ipsa p̄ase est notio ¶ 4ª diffi. Si in p̄sona patris sunt alie notiōes scilz īspiritualitas ꝛc̄ ¶ Dico q̄ sic. tn̄ q̄ ille omnes que po/ nūtur p̄tinere ad dignitatez reducuntur ad istas. hinc est q̄ ponuntur nisi iste ¶ Ad argumētum patet.

UTRUM Ingenitū ꝛ inascibile sunt p̄prietates patris ꝯstitutiue. q̄ sic. Omne quod dat eē incōica/ bile ꝯstituit. sed iste p̄uatiōes dant eē incōica bile. ergo ꝛc̄ ¶ Cōtra. Quod non est ens non ꝯstituit ens. sed hec non sunt ētia. ergo ꝛc̄. ¶ Hic introducitur una opinio que dicit q̄ sic. q̄ p̄prietas incōicabilis que primo aduenit p̄mo supposito ipm̄ ꝯstituit. sz inas/ cibilitas est huiusmodi. ergo ꝛc̄. Mi. patet q̄ omne quod est ad aliud pri⁹ ē aliud ad se q̄ sit ad aliud. ingenitum autem est ad se. Hanc opiniōem ꝯfirmo 4ᵒʳ ¶ Primo sic. Illud cui nō repugnat esse sine altero ꝛ altri repugnat esse sine illo illud ē pri⁹. sz inge/ nito non repugnat esse sine paternitate. tn̄ paternitati repugnat esse sine ingenito. ergo ingenitū est pri⁹. Minor patz. q̄ essentia i illo priori p̄ quo p̄cedit patrē est ingenita. ¶ 2°. Quādo aliqd indifferens ē ad op/ posita ꝯdictorie ꝛ ꝯrie. pri⁹ ē indifferens ad opposita ꝯdictorie q̄ ꝯrie. sed essentia est in differēs ad gn̄are ꝛ gn̄ari que sunt ꝯtraria. ꝛ ad genitū ꝛ ingenitū que sunt ꝯdictoria. g̃ prior ē habitudo ad ista. ꝛ p̄ ꝯn̄s ingenitum est p̄ma p̄prietas simpliciter. ¶ 3°. Quādo aliquid ꝯpatur ad pri⁹ ꝛ posterius, prior est habitudo sui ad pri⁹ q̄ habitudo ad posteri⁹ sed pater p̄ hoc q̄ est genitor ꝯpatur ad po/ sterius. p̄ hoc autē q̄ ē igenitū ꝯpat̄ ad pri⁹ scilz ad gn̄ans quod non ē. ergo ingenitum prius est gn̄atiōe ¶ 4° sic. Quādo priua⁹ inest alicui p̄ illo signo sibi inest p̄ quo ha/ bitus sibi opposit⁹ aptus nat⁹ ē sibi inesse. sz si pater gn̄aretur p̄us inesset sibi generatio passiua q̄ actiua. ergo negatio generatiōis passiue p̄us inest q̄ gn̄atio passiua. De ra tione autē p̄prietatis primo incōicabilis est ꝯstituere. ergo ingenitū ꝯstituit. ¶ Sed cō/ tra istā opinionem arguo 4ᵒʳ ¶ Primo sic. Persona relatiua non pōt formal'r ꝯstitui p̄ illud quod est ad se. sed igenitū s̄m Aug. 5°. de trini. dicitur ad se. pater aūt est p̄sona relatiua. ergo nō ꝯstituitur p̄ ingenitum. ¶ 2°. Nullū positiuū suppositū ꝯstituit̄ ex negatiuo uel p̄uatiuo. q̄ tūc totū eēt p̄uatiū. sed supposita diuia sunt positiua ¶ 3°. Nul/ lum suppositū reale potest cōstitui ex eo qd̄ non est reale. suppositū diuinū ē reale. p̄ua⁹ autē non est res. ergo ꝛc̄ ¶ 4°. Illud quod non habet esse nō pōt dare esse. sed priuatio cū sit quedā negatio est huiusmodi. ¶ Dico ergo q̄ ingenitū nō ꝯstituit patrez ¶ Quod ꝯfirmatur 4ᵒʳ ¶ Primo sic. Omnis disti/ ctio aliquoꝝ fundat̄ in principiis distinctis eoꝝ. cū g̃ eadē sint p̄ncipia ꝯstitutiua ꝛ distin ctiua. si ingenitū ꝯstitueret ingenitum esset fundamētū distictiōis que ē patris ad filiū. Tūc sic. Nullū reale positiū pōt fundari in p̄uatiōe uel negatiōe. sed distictio patris a filio est realis ꝛ positiua. ergo n̄ pōt fundari in igenito quod ē priuatiuū ¶ Uel dā q̄ sic. Sequit̄ q̄ distictio patris a filio nō erit real' nec positia. hoc autē totū sequitur ex hoc q̄ ingenitū ponitur p̄prietas patris ꝯstitu'ua. ergo hoc nō pōt stare ¶ 2°. Illō qd̄ ꝯstituit p̄sonā fundatur imediate in diuia essentia. sed inascibilitas non fundatur imediate in diuia essentia. g̃ nō ꝯstituit. Ma. ē mani/ festa. Minorē p̄bo. Sicut aptitudo natu ralis est p̄ se passio illi⁹ cui ꝯuenit, ut patz ex supradictis. ita repugnātia naturalis est p̄ se passio illi⁹ cui ꝯuenit. Sicut eīz risibilitas est p̄ se passio hominis. ita repugnantia ad ridē

scil3 irrisibilitas est p se passio asini. cũ ergo esse gñabile sit aptitudo naturalis ⁊ p ꝯñs ꝓpria passio ei⁹ cui ꝯuenit. sic repugnantia ad gñari quã itelligo p inascibilitatem erit ꝓpria passio illius cui ꝯuenit prio. s3 si inge nitum uel inascibile ꝯstituat ipm primo con uenit essentie diuie. ergo ingenitu3 ⁊ inasci bile erũt ꝓpria passio essentie diuié. Tunc sic. Ubicũq3 est iuenire sbiectũ é iuenire pro priam passiõem. sed in filio est iuenire eẽn/tiam. ergo in filio erit repire inascibilitate3 ⁊ sic ꝓprietas ꝯstitutia prime psone eẽt for/maliter i tribus quod uidetur inconueniẽs.

¶ 3° arguo sicut arguit doctor noster. Nulla negatio est primo icõicabilis. s3 formale cõstitutiuũ patris é incõicabile primo. ergo igenitum nõ é formale ꝯstitutiuũ. Ma. p3. Si eim negatio esset incõicabilis ꝗtũcunq3 fundaretur cõicaretur. seqtur ꝯtradictio. s. ꝙ i eodé fundamẽto essent affirmatio ⁊ ne/gatio. Nam primo é fundamentum cũ ne/gatiõe. negatio auté ponitur incõicabilis. Fundamẽtum autẽ cõicabile. ergo erit fun/damẽtum sine negatiõe. ⁊ p ꝯñs cũ negatiõe ⁊ affirmatiõe. ⁊ sic ꝯdic°. Innascibilitas aũt fundatur imediate i essentia que é ꝯicabilis posito ꝙ ipsa sit ꝯstitutia. ⁊ p ꝯñs essentia é incõicabil' sicut ipsa inascibilitas é ꝯicabil'. uel si non. eẽntia erit cũ affirma'iõe ⁊ nega/tion:

¶ Dico ergo ꝙ inascibilitas non põt esse ꝓprietas ꝯstitutiua prime psone. q2 nullomodo põt esse ꝓprietas prima ¶ Sed ꝯ. Essentia diuia psone patris nõ ꝯicat. s. diuina essentia psone filii ꝯicatur. g idẽ é ꝯicabile ⁊ incõicabile. ⁊ sic opposita priuatie dicitur de essentia ¶ 2°. Quia essentia diuina in psona patris é pricipiũ ꝓductiũ diuie psõe. in psona spũssancti nõ. ergo affirmatio ⁊ negatio de eodé ¶ Ad ista. Ad primũ dico ꝙ non cõicari nõ ꝯuenit diuie essentie imediate sed mediante primitate originis i qua fundatur ista incõicabilitas. ⁊ ideo quãdo dico essentia ut i patre. accipio eã cũ ꝑmitate ori/ginis que est fundamẽtum isti⁹ negationis. quãdo auté dico essentia ut in filio. accipio eam sine fundamẽto. ⁊ ideo affirmatio ⁊ negatio nõ dicitur imediate de eodé s3 medi/ante alio ¶ Ad 2m eodem°: Nã é pricipiũ ꝓductionis ꝯuenit essentie ut sub primitate origis. in spũsancto auté non est sb ista primitate. ⁊ ideo nõ ꝯcludit distĩctiõem essentie sed ꝑmitatis originis ab alio signo. ¶ Ad argumẽta alteri⁹ opiniõis. ¶ Ad ꝑmũ dico ꝙ Aug. uocat ibi ad se omne illud quod nõ est positiue ad aliud. ⁊ q2 ingenitũ non sic é ad aliud. s. positie. dicit ꝙ est ad se. tamen uidetur expresse ꝯcedere ꝙ nõ exit gen⁹ relationis. ¶ Ad 2m dico ꝙ bene ꝓbat ꝙ igenitum i ꝓprie accipiẽdo ꝑcedit patrẽ. sed tamé illud cõuenit essentie ⁊ illud nõ é icõicabile. Sed accipiẽdo ꝓprie igenitũ sicut ẽ dictum est. illud é ꝓpriũ patri ⁊ seqtur paternitate3 illud ei3 é incõicabile. sed quia fundatur in ꝑmitate originis que ꝑsupponit patrẽ. hinc est ꝙ nõ ꝯstituit. ⁊ de tali dico ꝙ ipossibile é esse sine patre. lic3 ingenitũ quod cõuenit essentie possit. ¶ Ad 3m dico ꝙ dupl'r deficit Primo q2 nõ est simile de positiu ⁊ negatis Negatia ei3 nõ possunt esse de intrinsico intellectu alicui⁹ positiui ¶ Positiua auté sic. ⁊ ideo lic3 si pater esset ab alio respectus ad ꝑus ꝑcederet respectũ quo respicit illud qd é ab eo. q2 posset esse ꝯstitutiuũ illi⁹. negatio tamé respect⁹ ad pri⁹ nõ. q2 illa negatio nõ potest esse ꝯstitutiua psone positiue ¶ 2°. q2 respect⁹ ad ꝑus lic3 ꝑcedat respectũ posteriorem ⁊ ad posteri⁹. nõ tamé ꝑcedit respectum qui non é posterior lic3 sit ad posteri⁹. s. illũ qui é ꝯstitutiu⁹. unaqueq3 eim res respicit ꝑus illa de ꝑmo° ꝗ illa que sibi ꝯueniunt p accidẽs. sicut homo ꝑus itelligitur eẽ aial⁹ ꝗ itelligatur esse a deo. ⁊ de⁹ ꝑus ꝗ nõ crea/tiu⁹. pater g respicit respectũ paternitatis quo ꝯstituitur ꝗ ingenitũ ¶ Ad 4m dico ꝙ habitudo ad priora põt ꝯcedi prior ꝗ habitudo ad posteriora si habitudo ad poste/riora nõ ꝯstituit fundamẽtum utriusq3. mõ hec habitudo ad filiũ ꝯstituit. habitudo aũt ad prius nõ. ergo ⁊c ¶ Similr dato ꝙ esset uer3. adhuc tamé nõ haberet ꝓpositum. q2 ingenitũ non é habitudo ad pri⁹. s3 negatio habitudis ad pri⁹. ⁊ ideo nõ ual3 arm n' probat ꝙ igenitũ ꝑcedat paternitaté ¶ Ad 'argumẽtum patet.

UTRUM Ingenitum et insecibilitas sit extra oppositiões priua^ue. Hic primo uidēdum ē si priuatio ē alia oppositio a ꝯdictiõe formaliter. ¶ 2° si priuatiue opposita sint incõpossibilia ¶ 3° de quesito. utrū sint extrema talia. Quantum ad primū dicūt aliq ꝙ sic. qꝛ oppositio ꝓm ꝙ gen⁹ diuiditur in illas 4^or oppositiões tanꝗ in spēs diuersas. cum ergo priuatiue opposita ⁊ ꝯdictorie sint due spēs oppositionis. relinqtur ꝙ distiguūtur formaliter.

